

gentitate ineffabili gaudio omni  
in solis in iudea ut affrica. all.  
more. psalmi dicite. i. bu opunt  
ei? v. ad honore nois ei. in. luceant  
co. ho. all. laus di ioye. Dare glia  
i. glificare et laudate eum. al. al. al.  
t. plicat qz una e gla et laus cum v  
nari p duo popta caritatis firm  
fide caritatis. qm psonant. t  
pvenit. i. nonne filium. in lau  
scu. accipit. id p bis. postea t  
amit. videtur die vs. dicere de c  
ore. epe. e dnc q tribit mag  
na rectoris. emcarnatis pa  
fortis. Cui non mu? em  
ne emne psi rectoris re  
dm exccm s iudei. nullare  
le. Dicere de. re. De dnc p erro  
gaudio p mozem die co ss qe  
ut i un. re spis p rioner eos q  
clau s p bay. pugnare de masa  
Obse nos abstru re iq loz  
ricone dnc re re re  
demeris de re re re  
cyloms op. nos re re re  
all. re re re

- I. *Arts habendi et Audiendi Conciones Sacras* *Wilhelmi Zeppori.* *Keckermanni.*
- II. *Rhetorica Ecclēstia* *Wilhelmi Zeppori.*
- III. *Methodus Concionandi* *Jacobi Andreae.*
- IV. *De Preparatōe et Consolatōe Christi-fidelium ad mortem* *Oratōes Funebres* *M. Santaleonis Candidi.*
- V. *Enarratio Psalmorum Penitentialium et Graduum* *D. Danielis Arularij.*
- VI. *Apriorum Theologicorum* *Quirini Reuterij.*
- VII. *Explicatio Problematis Eucharistici.*
- VIII. *Meditatōes Sacrae in Euglia Unica* *D. Petri Heigij.*
- IX. *Oratio de Essentia Sacramentorum* *Literarum Francisci Bredonij.*
- X. *Oratio* *Hermani Remschnei* *Lingua Hebraea.*
- XI. *Oratio de obtinenda contrahendi Matrimonij Libertate.*

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECAE ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*Dea. I*

399. b  
p. fin.  
fin  
p. 11  
ny

VII

g.

EXPLICATIO  
PROBLEMATIS  
VTRVM: SI CORPVS  
ET SANGVIS DOMINI DI-  
cantur percipi FIDE: sequatur, imagina-  
riè saltem illa a nobis percipi, hoc est, per  
nudam recordationem, seu ima-  
ginationem quandam &  
phantasiam:

V. Colley  
Montpelg

*Scripta & edita*

DOCTISSIMIS ALIQVOT VI-  
*ris, ut lucem afferat toti controver-*  
*sia de Cœna Domini.*

*Accessit*

EXPLICATIO ALTERIVS QVAESTIO-  
nis, Num Communicatio corporis & san-  
guinis Domini tantum ad ani-  
mam, non verò etiam ad cor-  
pus pertineat.


*Item*

SOLVTIO ARGVMENTI:  
*Quoniam Cœna Domini instituta sit ad Fidei con-*  
*firmationem: ideò Fide non fieri Commu-*  
*nicationem rei signata in Cœna.*

TIGVRI APVD IOHANNEM  
VVOLPHIVM. M. DC.

7. +





I  
c  
r  
c  
i  
n  
p  
I  
b  
n  
n  
e  
c  
r  
A  
S



TYPOGRAPHVS  
LECTORI S.

**D**E re Sacramentaria etsi plurimi  
exstant libri a Theologis nostris  
orthodoxe & erudite scripti. ta-  
men operæ pretium non leve me facturum  
putavi, si & hunc Tractatum, non ita pri-  
dem a nobilissimo et clarissimo quodam vi-  
ro, Amico nostro, huc missum, operâ & stu-  
dio meo in lucem edendum curarem. Quod  
eò libentiùs factum a me fuit, quia conti-  
net luculentam & sacrae scripturae prorsus  
consentaneam Explicationem illustrissimè  
illius Problematis, de quo ferè præcipuè  
nunc controversitur, *Utrum videlicet, si cor-  
pus & sanguis Domini dicantur percipi FI-  
DE: sequatur imaginariè saltem illa a no-  
bis percipi, hoc est per nudam recordatio-  
nem, seu imaginationem?* Ad quod doctissi-  
mi quidam viri, & in argumento illo longè  
exercitatissimi (quorum nomina certis de  
causis reticenda censuimus) ita responde-  
runt, ut confidam, non tantum omnibus No-  
stratibus, sed ipsis etiam Adversariis, cog-  
gente veritate, cumulaté esse satisfactum.

En tibi igitur, Christiane Lector, κει-  
μήλιον non contemnendum, sed preciosum  
& utile; quippe breviter & plenè comple-  
ctens, quæ pluribus & sparsim ab alijs, eo-  
dem de argumento, hætenus scripta editaq;  
fuerunt: nec importunis hominum malè fe-  
riatorum clamoribus, qui sententiam no-  
stram cum ipsi depravant, tum imperita mul-  
titudini depravatam proponunt, aures præ-  
be: sed veritatem sine præjudicio inquire, uti-  
lissimam Theodoretæ doctrinam amplexus,  
sic dicentis: *περὶ οὐκ ἐπιζητεῖν τὴν ἀληθεῖα  
ἀλλὰ τὴν ἀληθεῖα γινώσκον ἐπιζητεῖν:*  
id est, Non antecessæ opinioni ser-  
vire, sed veras sententias  
exquirere decet.

V A L E.

QVAESTIO

3

QVAESTIO DE MAN-  
DUCATIONE CORPO-  
ris Christi per Fidem.

**Q**VAESTIO est: bone frater: inter nos  
Lutheranos & vos Calvinistas: Vtrum  
in sacrosancta Coena veri corporis &  
veri sanguinis Christi participes fiamus  
nec ne? Vtriq; affirmant (solum cordatiores in-  
ter Sacramentarios, cum premuntur, aperte hoc  
negare non audent) sed in modo haud parua est  
dissensio. Nos enim sumptionem illam non tan-  
tum fide, velut etiam extra Sacramentum, verum  
etiam ore corporis fieri dicimus: Vos contra: so-  
la fide. itaq; amplius insto. Si sola fide. Ergo vel  
imaginarie vel reipsa. Posterius hoc dicere non  
potestis: corpus siquidem Christi secundum vos,  
sursum in coelos receptum est, ubi nunc habitat  
ante extremum diem illinc non descensurum. Fi-  
des autem nostra, imò nos ipsi toti deorsum, hoc  
est, infra in terris fixi haeremus. Imaginarie igitur,  
quod ante inferebam, duntaxat & per *ἀνά-  
μνησιν* quandam seu nudam recordationem. Con-  
sequens istud porrò tum philosophicè tum Theo-  
logicè defendo. Cum enim fides, utpote notitia &  
assensus, inter habitus animi reponatur: actio ab  
ipsa proficiscens intra intellectum seu intra cere-  
brum hominis tota perficitur, atq; hoc respectu  
etiam Aristoteles ipse actiones *ἐμμενέσας* seu

immanentes vocat: quasi quod nihil reale extra  
mentem producant, alibi quam ipsa mente vel ce-  
rebro subsistant. Sicq; fides ei, cui fidit, seu in quem  
fiduciam collocat, non aliter copulatur, quam in co-  
gitatione attenda, & voluntatis erga illum incli-  
natione, seu, ut sic loquar, spirituali contactu. Ex  
Theologicis vero fundamentis fides in corde, cui  
principatum sacra scriptura in corpore assignat,  
sedem habet: ubi etiam Christus per fidem inha-  
bitare & spiritus sanctus per eandem cordibus no-  
stris sese insinuare dicitur. Cum igitur Christi ver-  
um & naturale corpus in caelo duntaxat sit: quo-  
modo fidei, quae in corde nostro est, vere realiter,  
& substantialiter copulabitur? Ecstasin enim a-  
liquam, ut extra corpus in sublime, animis nostris  
subinde rapiamur, vix arbitror ad opinionis ve-  
stre confirmationem introducetis. Restat igitur,  
ut nulla usi circuitione, id quod res est, profiteami-  
ni: Corpus nempe Christi a Coena tam procul ab-  
sens esse, atq; extremum Coelum ab infima terra,  
Et vos non substantiam corporis Christi (quod per-  
fucum nobis persuadere conamini) manducare:  
sed tantum beneficiorum eius, per quandam velu-  
ti representationem & fidei imaginationem par-  
ticipes fieri. Quam felicitatem ut vobis non in vi-  
demus: ita nobiscum hac quidem in parte nequa-  
quam facitis: qui ingenue & magna voce affirma-  
mus, nos una cum pane benedicto in sacra Coena  
etiam vero & substantiali Christi corpore, vere  
& oraliter ad vitam eternam pasci. Superest ut  
ad alio



4

ad aliud etiam argumentum respondeatis, quod vobis propono: nempe. Si corpus Christi in Coena vere adest, ut verbis asserere videmini: necesse est omnino, ut adsit corporaliter, non autem spiritualiter. Quemadmodum enim spiritum seu spirituales essentiam corporaliter alicubi presentem esse, pro re impossibili recte habetur: ita visissimum corpus verum & non imaginarium alio modo quam corporali praesens statui minime omnium potest. Oppositorum quippe eadem est ratio: Et nihil ultra naturam sive modum essentiae suae agit, operaturve. Quamobrem nequid ambigui relinquatur: aut fateamini disertè corpus Christi verum, naturale, & substantiale, quod circumscriptum est, secundum scilicet veri corporis modum, in Coena non adesse: aut nobiscum dicite, si adest, corporaliter adesse necessario, ne spectrum aut phantasma aliquod pro illo nobis minime credulis obtrudatis: Quomodo verò adsit corporaliter, id nos Deo permittimus.

Ad ista te, siquidem otio abundas, philosophiae & Theologicae, fundamentis logicae utrobique innoxium respondere velim: & argutias, quibus scripti autorem uti dicis, nobis rudioribus detegere atque patefacere. Quòd si enim vera illum in medium afferre concedis: argutias frustra accusas. Sin eum falsa proponere asseris: falsitatem illam breviter & dialecticè, ut a praefatore in hac palestra longè exercitatisimo edoctus es, demonstra.

A 4

ως εἶπεν ὁ κύριος τῶν μαθητῶν ἅπασιν

PROBLEMA  
RESPONSIO AD  
SCHEDAM QVAESTIONIS  
*propositæ: certis Thesisibus  
comprehensa.*

I.

**L**Vtheranorum & Calvinistarum nomi-  
na, quæ in primo statim limine præfi-  
guntur, *μορμωλύκια* sunt, et inania terricu-  
lamenta puerorum, cùm non res ex perso-  
nis, sed personæ ex rebus æstimandæ sint.

II.

Veri corporis & veri sanguinis Christi par-  
ticipes nos in sacra cœna fieri, quicunq; ne-  
gat, is rem sacramenti tollit, & Christũ, Pau-  
lum Apostolum & totam Ecclesiam ortho-  
doxam mendacij arguit.

III.

*v. Thesis 9* Disputator autem iste, cùm fatetur corda  
tiores inter Sacramentarios quoq; hoc af-  
firmare, a calumnia eos absolvit de signis  
nudis & vacuis, & de participatione meriti &  
efficaciæ tantũ sine communione ipsius cor-  
poris Christi. IV.

Cũ mq; Sacramentarios Lutherus nomi-  
net, qui panem & vinum Elementa nuda po-  
nunt in Eucharistia, sublata communione  
corporis & sanguinis Christi, temeritatem  
suam

EVCHARISTICVM. 5

suam disputator agnoscat necesse est, cū  
velut inter pueros, Sacramentariorum no-  
mine ludit de iis, qui errorem sacramenta-  
rium non agnoscunt, & quem ipse eis aper-  
te tribuere non audet.

V.

Porró de modo participationis, non de  
objecto dissensionem concedo. Quæritur  
enim de ratione, qua a nobis percipiatur res  
promissa in Evangelio, & oblata in legitimo  
Cœnæ usu. Quó pertinet disputatio de me-  
dio seu instrumento proximo & propriâ  
sic nominato, per quod nostri respectu fit  
perceptio rei signatæ,

VI.

Quid tu veró sani ab eo expectes, qui  
mox in primo limine impingere se ostendit?  
Ambigua est enim propositio, qua disputa-  
tor utitur, cū inquit: *Nos sumptionem illam*  
*non tantū fide, veluti extra sacramentum, ve-*  
*rum etiam ore corporis fieri dicimus: vos contra:*  
*Sola fide.*

VII.

Etiam vetustas orthodoxa ore corporis  
dixit fieri sumptionem corporis & sangui-  
nis Domini in Cœna, sed non, ut iste, præter  
naturaliter, imperscrutabiliter, verūm visi-  
biliter & sensibilibiter, respectu symbolorum,

A 5.

## PROBLEMA

quæ propter sacramentalem usum, corporis & sanguinis Domini appellatione honorantur, ut Theodoretus loquitur.

### VIII.

Lutherus quoque, ut paria inter se confert: Corpus Christi ore comedi, oculis cerni, manibus palpari, dentibus comminui, cum nihil istorum propriè loquendo corpori Christi accidat, sed pani. Quo Bucerus se motum scribit, ut commodius sentire Lutherum in causa Cœnæ, quam loqueretur, judicaret, & de viis ac rationibus concordia cum eo ineundæ cogitaret.

### IX.

Calumnia est, si orthodoxos docere sentit, quod sola fide veluti extra Sacramentum participes fiamus corporis Christi: cum expressè affirmant, in verbo & in Sacramento nos percipere corpus Domini: idque initio ipse fassus est de Orthodoxis, quod in Cœna, quæ Sacramentum certè est, minimè negent participes nos fieri veri corporis & sanguinis Christi.

### X.

Error autem est, si plures species manducationis corporis Christi fingit, quam duas: Sacramentalem & spiritualem: & si spiritualem, quæ sola fide fit, aliis organis in Cœna,  
aliis

*Thesi 3.*

## EVCHARISTICVM. 6

aliis extra Cœnam fieri imaginatur. Vna est enim fides, qua in usu Sacramenti percipimus corpus & sanguinem Christi, & qua extra Sacramentum, ejusdem verè participes reddimur.

### XI.

Hallucinatio quoque non est ferenda, quòd opponit inter se ut contradictoria: ore corporeo: Et sola fide in usu Sacramenti corpus Domini percipi: cum prius illud improprie & figurate, hoc propria prædicatione dicatur. Proprius autem & improprius sermo una & eadem de re non pugnant inter se, si rectè explicetur sermonis improprietas.

### XII.

Obseruetur autem, quòd particulis istis (quas ἀπίστυ καὶ θέσις vocant Rhetores) ex sua quoq; sententia, non tantum fide velut extra Sacramentum, verumetiam ore corporis sumptionem fieri iste affirmat. Non igitur in universum, sed ex parte tantum negat corpus Christi fide sumi.

### XIII.

Quare Dilemma, quo utitur, in ipsum re-torquetur. Si fide sola: Ergo vel imaginariè,

## PROBLEMA

vel reipsa. At fide sola extra sacramentum, secundum propriam eius confessionem. Igitur vel imaginariè vel reipsa corpus Christi extra Sacramentum sumitur. Non autem imaginariè participes nos fieri corporis Domini extra Sacramenta, dicturum eum, consentaneum est, cum Apostolus extra mentionem Sacramenti nos dicat συσώμεις, id est, concorpores esse Christo, & nos membra, ipsum caput nostrum esse: idq̄ non imaginariè, sed verè & reipsa.

### XIV.

Quomodo igitur in usu Sacramenti communio corporis Christi per fidem erit imaginaria? aut si in Sacramento imaginaria: etiam extra Sacramentum, ubi fide sola Christi participes reddimur, imaginaria fuerit? Sin verò imaginaria non est, reipsa scilicet participatio illa fiet.

### XV.

Sed objicit iste: Corpus Christi secundum orthodoxos sursum in caelos receptum est, ubi nunc habitat ante extremum diem illinc non descensurum. Fides autem nostra, imò nos ipsi toti deorsum, hoc est, infra in terris fixi haeremus. Imaginariè igitur duntaxat & per ἀνάμνησιν quandam seu nudam recordationem percipitur

EVCHARISTICVM. 7

percipitur Christi corpus, si fide in Sacramento  
participes eius reddimur.

XVI.

Hic propositiones singulæ declaratione in-  
digent. **M**ajor non est figmentum humani  
cerebri, sed articulus Symboli, cujus testes  
allegat Scriptura fratres plures quàm quin-  
gentos, qui Christum viderunt ascendentem  
in cœlum, quiq; angelos audiverunt testifi-  
cantes, Christum cœlo receptum esse, & in-  
de sic rediturum esse (videlicet in extrema  
mundi die) quemadmodum visus est ire in  
cœlum. Eundem articulum Symboli confir-  
mat Petri asseueratio: Oportet eum cœlo su-  
scipi usq; ad diem restitutionis omnium. Et ad  
Heb. Si adhuc in terris esset, sacerdos non esset.

XVII.

**M**inor propositio falsa est: Nam neq; fi-  
des neq; animus noster, qui est nobilior pars  
hominis, quatenus verbo Dei illustratus &  
renouatus est per Spiritum sanctum, infra  
in his terris fixus hæret. Vbi enim thesaurus  
noster, ibi est cor nostrum. Et animus non est, u-  
bi animat, sed ubi amat. Et πολίτευμα no-  
strum in cœlis est, unde expectamus rediturum  
Christum. Et qui verè pii sunt, non quæ deor-  
sum sunt quærunt, sed quæ sursum, ubi Christus  
est ad dextram patris sedens. Deniq; in usur-  
patione

*est Historia  
Rei gestæ  
Ei in gestis  
Lukas.*

## PROBLEMA

1.33.6  
patione Cœnæ non solum Canon Nicenus mentem jubet fide attolli, sed Ecclesia uniuersa fidelium testatur se corda habere sursum ad Dominum. Et Chrysostronus, Aquilas non graculos Christum requirere ait.

### XVIII.

In conclusione etiam falso miscentur ac confunduntur ista: Fides, imaginatio, recordatio nuda. Nam neque Christus de nuda recordatione, cum cœnam sacram instituit, loquitur, qualis est prophana & Ethnica recordatio de Hercule repræsentato in Tragœdijs. Neque fides, quæ recordationis voce in verbis Christi comprehenditur, tantum imaginatio est in cerebro, sed fiducia, qua cor applicat sibi Christum Deum & hominem cum omni merito & efficacia sua.

### XIX.

Fides est  
Hypothesis  
F.  
Non igitur sequitur, Objectum fidei principale, id est, Christus ipse, est in cœlo, idque secundum corpus. Fideles sunt in terris, non in cœlo. Ergo fideles imaginariè Christum percipiunt, siue in usu cœnæ, siue extra cœnam.

### XX.

Est sanè Christus in cœlo, quò ad situm loci, & ut Lutherus ipse fatetur in Epistola ad Heluetios, neque ascendit neque descendit in



EUCCHARISTICVM. 8

dit in administratione Cœnæ sacræ, nihilominus verò νομιναίαν corporis sui promittit nobis Christus in verbo. Hanc promissionem fides apprehendens, non imaginatione otiosa cogitat de corpore Christi, sed firma fiducia communionem corporis promissam apprehendit, sibi que tam certo applicat, quam certo manibus & ore panem Eueharisticum foris accipimus. Ipsum verò corpus quo ad loci situm, non in pane cœnæ, ceu in loco contentum (id enim & Concordia Bucerii mentione localis inclusionis reijcit) sed in cœlo quærit fides, ubi corporaliter est, secundum veri corporis modum, ut Dominus Philippus ex Augustino loquitur.

XXI.

Ostentat autem Philosophicam & Theologicam sapientiam suam disputator. Philosophicè sic se rationari dicit:

*Fides, utpote notitia vel assensus, inter habitus animi reponitur.*

*Ergo actio à fide proficiscens intra intellectum seu intra cerebrum hominis tota perficitur.*

*Et ut obiter Aristotelem aspexisse videatur,*

*Hoc respectu inquit, etiã Aristoteles ipse actiones mentis ἐν ψυχῇ seu immanentes vocat, quasi quod nihil reale extra mentem producãt, aut alibi quã in ipsa mēte vel cerebro subsistãt.*

PROBLEMA

XXII.

Respondeo. Nihil novit philosophia de fide salvante. Reponitur autem inter habitus intellectus fides scilicet historica, quatenus novimus & assentimur narrationi, cuiuscunque propter asseverationem testium veracium. Alia verò definitio est fidei Christianæ Heb. ii. quòd sit ὑπόστασις ἐλπίζομενῶν, ἔλεγχος δὲ πραγμάτων οὐ βλεπομενῶν, ubi rectè Græcus Scholiastes: *Fides est quædam illorum, quæ in expectatione sunt substantia & essentia, quòd efficiat quodammodo, ut extent, atque adeò ut sint præsentia, eò quod illa esse credat.*

XXIII.

Nec verò ad fidem, quæ est habitus intellectus, sed ad πίστιν, seu fiduciam, quæ est habitus voluntatis, pertinent ista, quæ subjungit disputator, cùm Aristotelis pronunciatò (quòd actiones mentis sint immanentes) non quòd consentaneum, sed quòd diversum est subjiciens inquit: *Sicquæ fides ei, cui fidit seu in quem fiduciam collocat, non aliter copulatur quàm cogitatione attenda & voluntatis erga illum inclinatione, seu ut sic loquar spirituali contactu.*

XXIV. Hoc-

EUCCHARISTICVM. 9

XXIV.

Hoecine verò philosophicum aut logicum est, miscere fidem historicam, quæ est in intellectu tantum, & fidem quatenus fiduciam significat, quæ est in voluntate & corde. An immanens mentis actio est, copulari ei, cui confidis? Et quid est voluntatis inclinatio, si seria sit, nisi affectus prosequens objectum, & quamproximè sibi id adjuungere cupiens? In affectu verò, si non spiritualis saltem contactus est, quid discriminis erit inter affectum & sensus eos, qui gustus & tactus nominantur, qui soli corporaliter rebus fruuntur? Et quis unquam in vera philosophia sic deliravit, ut spirituales contactus existimaret imaginationem tantum esse? Quem errorem scimus jam pridem in Stoicis rejectum ac repudiatum esse.

XXV.

Jam & Theologicam ratioconationem & disputationis consideremus. Nam ex Theologicis, inquit, fundamentis, fides in corde sedem habet, ubi etiam Christus per fidem inhabitat, & Spiritus sanctus per eandem cordibus nostris sese insinuare dicitur. Cum ergo Christi verum & naturale corpus in cælo duntaxat sit, quomodo fidei, quæ in corde nostro est, verè, realiter, & substantialiter copulabitur? *ἐξιστάτω* R. II

B

PROBLEMA

enim aliquam, ut extra corpus in sublime ani-  
mis nostris subinde rapiamur, vix arbitror ad  
opinionis vestra confirmationem introduce-  
tis.

XXVI.

Summa argumenti est: Quæ situ loci dif-  
ferunt, ea realiter & verè copulari inter se  
non possunt. At corpus Christi in cælo dun-  
taxat est, non extra: Neq; cor, nec animus fi-  
delis extra corpus, sed in corpore existit. Er-  
go fides nostra verè & realiter corpus Chri-  
sti percipere non potest.

*Actu ergo qd dicitur  
re voluit magis  
apud deum in natura  
Cotra generum  
re:  
in qd fide videtur  
applicari in habitum  
in cordis natura  
reddimus corpore  
corde est de qd  
hæc est qd dicitur  
vultus in pto  
cipit in pto  
vultus in pto  
vultus in pto*

XXVII.

Majorem propositionem occultat: Quia  
nec in philosophicis tolerari potest: An e-  
nim quæ oculorum acie cernuntur, oculis  
præsentia non sunt, nisi eodem prorsus lo-  
co illa sita sint, ubi est oculus in capite posi-  
tus: Num cerni vel oculis apprehendi nega-  
bit aliquis turres, muros, ædificia, quæ, quò  
ad situm loci, remota sunt a nobis aut ocu-  
lis nostris? aut si nemo est, qui per loci di-  
stantiam, quæ sit ἀνάλογος visui, impediri  
sanos oculos sentiat, quin apprehendant,  
quæ intervallo certo locorum ab oculis re-  
mota sunt: realem ne & veram hanc visio-  
nem esse negabit quispiam? An verò quæ ra-  
tioni subjecta sunt, non multò magis aspici-

*Sed no  
copulatur*

*7.32.*

*Si princeps qd dicitur  
in huius pto dicitur  
quam christophoro. ac  
valde gduh, pto coru  
in si dicitur pto  
illo, quæ dicitur in  
quæ dicitur dicitur*

*Deinde si christophorus per  
pno habet confirmato  
hæc illi vni boni dicitur  
hæc dicitur qd dicitur, coru  
si dicitur dicitur in pto  
illam habet coru non  
lit dicitur ac pto illa  
dicitur dicitur in christophoro  
pno.*

EVCHARISTICVM. 10

mus per mentis oculos, & animo presentia habemus; quæ intenta mente cogitamus? Quam longè efficacius igitur, fidei Christianæ; quæ non tantùm est notitia in mente, sed etiam fiducia in corde, eaque non naturæ motu, sed per Spiritum sanctum accensa & confirmata Verbo Dei, presentia erunt ea, in quæ fertur, quæq; ceu objecta sua, proposita sibi habet?

AB

XXVIII.

Sed corporalem contactum disputator iste requirit. Id verò neq; in omnibus sensibus corporalibus, neq; in affectibus, ac multò minus in mysteriis fidei locum habet. Nam nec in visu, nec in auditu, corporalis contactus organi & objecti necessarius est: De affectibus etiam prius est dictum, in quibus eor rem amatam aut speratam sic prosequitur, ut etiam sine contactu corporeo cum eo quod amat aut sperat arctissimè jungatur. In mysteriis autem fidei, nec presentia nec mixtione corporali opus est: Imò ne esset quidem fides, si penderet ex corporali contactu.

1  
2  
3  
5

XXIX.

Quid? quod contra se arma affert disputator, citans Apostoli locum ad Ephes. 3: Christus per fidem habitat in cordibus nostris?

Fides & caritas  
valiter ad  
verum  
Quæ. 4. videtur  
q. qd id est  
verum

nia  
ad  
uce-  
dif-  
er se  
dun  
s fi-  
Er  
nri-  
quia  
ne-  
ulis  
lo-  
osi-  
ega  
quò  
cu-  
di-  
diri  
ant,  
re-  
tio-  
ra-  
ici-  
per

PROBLEMA

Non enim habitatio illa corporali contactu nititur: Nec nostri conjunctio cum Christo ut rectè dixit Cyprianus, personas miscet. Quòd si seriò iste fateretur, quod Spiritus sanctus cordibus nostris se insinuat, cur fingit imaginariam? & non potiùs veram ac realem copulatione nostri cù Christo esse credit, per hunc ipsum spiritum, qui & in nobis habitat, & in massa corporis Christi a nobis assumpta & qui nexus & vinculum est unionis illius cum Christo, quam Cyrillus corporealem, Hilarius naturalem participationem vocat, non ad modum, sed ad objectum respiciens?

XXX.

Sed nec in prima Cœna contactu corporali opus fuit, nec propterea tamen panis & poculum Eucharisticū desit esse communio corporis & sanguinis Christi in usu legitimo. Nam quo loco singuli discipuli ad mensam sedebant, eo ipso in vestigio Christi unico illo suo, vero, visibili, palpabili corpore non erat, sed aliis propiùs, ab aliis remotiùs sedebat, neq; in manus & ora ipsorum, contactu corporali se ingerebat. Quod ergo in prima Cœnæ institutione factum non est, id hodie nisi fiat, nostramne Cœnam evacuare existimabimus?

XXXI. Dif.

## XXXI.

Differt etiam ἐκστασις (de qua Apostolus inquit: *Novi hominem, an in corpore, an extra corpus nescio: Deus novit, raptum in tertium usq; cœlum*) a communibus fidei exercitijs, in quibus animus fidelis, verbo fretus, & in his terris, ubi adhuc spiramus & vivimus, saluari κοινωνία corporis Christi cum sensu consolationis & lætitiæ vivifico, per Spiritum sanctum fruitur, & simul ad completendum Christum ipsum in cœlis regnantem se attollit. Rectè enim Lutherus in præfatione germanica Bibliorum scripsit: Coram Christo in cœlis sedente, nos hic in terris habitamus corporibus nostris, nondum autem penetravimus illuc, nisi per fidem spiritualiter.

## XXXII,

Quod in Epilogo argumenti propositi coronidis vice adjicit disputator, id partim ambiguum est, partim falsum: Restat igitur, ut nulla usq; circuitione, inquit, id quod res est profiteamini: Corpus nempe Christi à Cœna tam procul absens esse, atque extremum cœlum ab infima terra: Et non substantiam corporis Christi vos manducare, sed tantum beneficiorum ejus per quandam velut representationem & fidei imaginationem participes fieri.

PROBLEMA

XXXIII.

Confundit Cœnæ appellationem cum seris symbolis, quæ in patina aut manu ministri tenentur, aut manibus aut ore communicantium accipiuntur. In his fatemur cum universa antiquitate orthodoxa, Christum corpore suo quoad situm loci non magis ad esse, quàm in prima Cœna, in symbolis corporaliter latuit, quæ ipse manu sua tenuit, sic quidem, ut ea ipsa manus, ac multò minus totum corpus, intra panem & poculum Eucharisticum non esset, nec locum suum mutaret, quo in conspectu discipulorum mensæ assidebat, donec cantato hymno inde discederet.

XXXIV.

Quis verò præter disputatorem istum dicere unquam ausus fuit, *nos per quandam velut representationem & imaginationem fidei beneficiorum Christi participes fieri*? quæ nisi certa cum fiducia accipiantur a nobis, nostra nunquam erunt. Nec verò beneficia a nobis accipi possunt, nisi Christus ipse, cuius ea sunt, fide apprehendatur, non modò qua Deus, sed etiam quâ homo est, cum, nisi qui Christum habet, nihil beneficiorum ipsius habeat, non aliter, quàm remediolorum aut ciborum vim & efficaciam nemo sentit, nisi



nisi qui remedia aut cibos ipsos prius percipiat.

## XXXV.

Mirum verò, quòd disputator iste Theologica fundamenta jactitans, sine ullo Scripturæ fundamento magna voce affirmare se dicit: Se unâ cum pane benedicto in sacra Cœna verò & substantiali Christi corpore verè & oraliter ad vitam æternam pasci: Vbi enim illud oraliter ad Christi ipsius corpus propriè ullo in loco Scripturæ refertur. Vbi oralis manducatio corporis propriè accepta, ad vitam æternam nos pascere dicitur? Idemne ergo erit res terrena & res cœlestis: idemne instrumentum seu organum, erit percipiendæ rei utriusq;? Et quomodo non impij quoq;, qui sunt membra Diaboli, ad vitam æternam pascentur, si oralis manducatio vitam æternam affert? Hęc ex Scriptura nobis prius ille probet, quàm clamores suos obtrudat, quàm ingenuitatẽ suam, de qua gloriatur, ostendet.

## XXXVI.

Verùm ad aliud etiam argumentũ suum respondere nos jubet: Si corpus Christi in Cœna verè adest, necesse est omnino, ut adsit corporaliter, non autem spiritualiter. Quia ut spiritũ seu essentiã spirituale corporaliter alicubi

T. C. v. 5.

Spiritu PRÆSENS

PROBLEMA

præsentem esse, pro re impossibili rectè habetur:  
Ita vicissim corpus verum, & non imagina-  
rium, alio modo quàm corporali, præsens statui  
minimè omnium potest. Oppositorum quippe ea-  
dem ratio est. Et nihil ultra naturam, sive mo-  
dum essentia suæ agit operaturve.

Al. Sic. Al. Fidi. m.  
Nihil alio vesp. etc.  
intelligatur.  
7. 28. b.  
f. 34

XXXVII.

Hic prævaricator fit ex disputatore isto:  
scit se nullam proprietatem corporalis suæ  
præsentia in pane nobis explicare posse.  
Nullam inquam prorsus proprietatem do-  
cere se posse in commentitio illo corpore,  
non corpore, quod sub pane substantialiter  
delitescere fingit. Et corporalem tamen  
præsentiam obtrudere nobis conatur cita-  
to hoc axioma physico: Nihil ultra natu-  
ram sive modum essentia suæ agit aut ope-  
ratur. Imò cum definitio & definitum per-  
petuò & necessariò, & simpliciter conver-  
tantur, & immota sit Regula: Cuiusque  
tribuitur definitum, eidem & definitionem at-  
tribui necesse est: Et cui definitio adimitur,  
eidem & definitum adimi necesse est: cur  
corpus tale sub pane corporaliter præsens  
statuit, cui in tota æternitate definitio veri  
corporis humani tribui non potest, non es-  
sentia, non proprietas corporis, ne una  
quidem?

XXXVII. So.

## XXXVIII.

Sophisma autem tale astruit: Corpus præsens est, ergo spiritualiter non est præsens: vide licet ambiguitatem captans in voce præsentiæ, & particula spiritualiter. Præsentiã corporis sic interpretatur, ut sit idem, quod fiti corpus in eo loco, ubi panis est; cùm præsentiã corporis Christi in cœna sit κοινωνία illa, qua Christus, corpore suo non recedens a cœlo, tamen corpore & sanguine suo pascit animas nostras, & vinculo spiritus sui nos per fidem sibi unit, & agglutinat, ut sit ipse caput, nos membra ejus, ipse vitis, nos palmites, & succum, vitam, vigorem nobis tribuat.

Præsentiã

## XXXIX.

Deinde vocem spiritualiter ad modum, quo sistetur corpus ipsum ad locum panis, detorquet, quæ præsentiã ut tota est fictitiã, sic neq; corporalis neq; spiritualis est: Et tamen spiritualiter adesse corpus Christi in cœna rectè dicitur, eò quod κοινωνία (quæ est vera præsentiã) spirituali modo a nobis percipitur per fidem, quam spiritus S. in nobis efficit, qui quidem & vinculum est unionis nostræ cum Christo, qua ipse in nobis, & nos in ipso sumus ac menemus.

Spiritualiter.

hic dicitur  
in dicitur  
valiter  
præsentiã

PROBLEMA

XL.

Quamobrem nullius momenti aut ponderis est clausula illa, qua disputatione suam finit disputator, crambem priorem retorquens: *Aut fateamini, inquit, corpus Christi verum, naturale & substantiale* (quod circumscriptum est, secundum veri corporis modum) *in cœna non adesse: aut nobiscum dicite, si adest, corporaliter adesse necessario, ne spectrum aut phantasma aliquod pro illo nobis minimè credulis obtrudatur.* Quid audio verò? scilicet in vitium credula turba estis, id est, in errores repugnantes scripturæ, & articulis fidei? id enim corpus esse creditis, quod fingitis sub pane esse, quod neq; verum neq; naturale, neq; substantiale corpus est, imò quod ne spectrum quidè aut phantasma, sed prorsus commentitium aliquid est. Deinde vestrum illud corpus, non corpus, corporaliter adesse in pane creditis, quod nec circumscriptum est, & quod adesse secundum veri corporis modum negatis ipsi. Contrà verò corporis, quod pro nobis traditum est, *κοντωίαν* in cœna sancitam esse a Christo non creditis, *spirituali* item modo id communicari respuitis. Et a veritate explicata, in castra falsitatis contradictionum vestrarum nos transire jubetis. Sed

Sed non ego credulus vestris istis: si corporaliter non adest: ergo nec spirituali modo se nobis impertit: si corporaliter se non sistit ad locum panis: Ergo phantasma & spectrum est, cuius in cœna reddimur participes. Hæc enim nec Theologica sunt, nec Dialectica. Et in consubstantiatores facillimè retorqueri possunt.

II  
**RESPONSIO ALIA**

AD QVAESTIONEM ET  
*argumenta proposita.*

**A**D argumenta quod attinet, tibi ab amico quodam tuo proposita, nihil est illis infirmius. Somniant homines isti communicationis corporis Christi nomine significari realem aliquam ipsius corporis Christi essentiae cum credentium, imò etiam omnium sacrum illum panem sumentium corporibus, coalitionem & *συνάφην*: quod dogma si verum esset, consequeretur omnino, quod isti tū transsubstantiatores tum consubstantiatores imaginantur: & Christianorum cœna a Cyclopica & Thyesteâ non differret alio nomine, quàm quòd in illa quidè, Christi caro invisibili quodam modo, in ista verò quævis alterius hominis caro visibiliter ederetur: nequè fidem, sed os & manus duntaxat,

*ὡς ἐπὶ ἐφ' ἑαυτῶν δὲ μὴ τὰς  
 κορυφαίας  
 ἐκείνας*

PROBLEMA

(quamvis in istorum λειτουργία manus officium non facit) afferre ad ipsam corporis Christi perceptionem necesse foret: ac proinde nostra illa cum Christo κοινωνία minimè fuerit fidei tribuenda, sed ejus duntaxat salutaris & vivifica ἐνέργεια. Omitto portentosissima quæ commentum istud necessariò consequuntur: quibus & fidei Christianæ fundamentum, nempe corporis Christi veritas aboletur, & ipsius tum ascensione supra cœlos tum reditu e cœlis metaphoricè transformatis (quasi videlicet ascendere in cœlos & sedere ad dextrâ patris idem declararet atq; ex visibili invisibilem fieri, & divinæ essentiæ unicè propriam πανταχούσιν re ipsa & actu obtinere: & idem sit e cœlis reverti atque ex invisibili visibilem fieri) infinitis deniq; contradictionibus adversus Dei verbum manifestissimū & certissimum emergentibus Christiana omnis doctrina convellitur, nedum ut fideliter sacramentalis doctrina illi stabiliendæ & in nobis confirmandæ instituta sic explicetur. Res autem ita se habet. Res sacramentorum cœlestis terrenis signis & ritibus idcirco adumbratas, ut externis etiam objectis fides nostra confirmata eò efficacius rem illam apprehendat, res inquam illa cœlestis est Christus

Christus

Itus verus Deus & verus homo, qui corpore suo pro nobis tradito, & sanguine suo pro nobis fuso nos expiatis patri reconciliavit, æternæ illius & beatæ vitæ nos totos participes & consortes facturum. Corporis autem & sanguinis, id est, humanitatis ipsius sit specialis & distincta in ista nostri cum ipso conjunctione mentio, propterea, quod hujus, quàm nobiscum communem habet, interventu, cum ipso propriè copulamur, ut & ipsum & quæ ipsius sunt obtineamus: non autem quasi à divina ipsius natura, quæ est ὁ λόγος, sit separanda, quum ea sit quæ carnem ipsius Christi vivificavit æterna illa beatitate, & nostræ cum Christi carne κοινωρίας ἐνέργεια omnis ab illa dependeat. Deinde in cœna Domini non simpliciter corporis & sanguinis, sed corporis in mortē traditi, & sanguinis effusi mentio, non quasi caro ipsius ut mortua & exsanguis: aut sanguis extra carnem effusus a nobis sumatur. (Sic enim vivifica nobis non esset res in sese mortua) sed quod vis illa & obedientia, peccatorum nostrorum expiatrix, præcipuè in illum extremum ipsius actum, oblationē videlicet in ara crucis peractam respiciat. Additur deniq; particula il la PRO NOBIS, ut singulorum ad cœnam

## PROBLEMA

Domini accedentium fides, non illa historiæ  
ea cum ipsis Dæmonibus & multis impijs  
communis, sed illa Christiana, solis electis  
propria excitetur ad hoc ipsum, quod sacra-  
mentaliter proponitur, apprehendendū, &  
quam efficacissimè applicandū erigatur. Ma-  
gnopere itaq; ab ijs peccatur, tum qui Chri-  
sti obedientię merita & fructus ab ipsiusmet  
Christi perceptione in nuda verbi prædica-  
tione separant, tum qui cōtra ab ipsius Chri-  
sti communicatione in ijs, qui ad cœnā Do-  
mini indignè accedunt, ipsius Christi effecta  
sejungunt. Nam hæc duo perpetuo nexu, nō  
aliter si rem ipsam spectes, in hoc spirituali  
cibo quàm in terreno inter se cohærent: ac  
proinde neq; in verbo simplici neq; in sacra-  
mentis vel Christus ipse ab ijs, quæ in sese ha-  
bet, nobis ad vitam æternam partim per im-  
putationem, partim re ipsa communicanda,  
vel ista rursus ab illiusmet perceptione se-  
cerni magis possunt, quàm ab ipso pane & vi-  
no succus ille vitam hanc nostram caducam  
fovens & sustentans, separari. Res autem illa  
cœlestis (id est, ob eam, quam antè diximus  
causam, Christi humanitas ac præsertim ip-  
sius caro & sanguis) cūm semper fuerint, &  
sint, & futuræ sint veræ substantiæ & mate-  
riatæ, & quidem eæ ipsæ, quibus præditus  
tunc



EVCHARISTICVM. 16

tunc erat cum coenam in terris institueret, quibus naturam illam essentialem & materialem gloria non ademit: & quum, sic postulante necessario naturæ humanæ quantumvis glorificatæ & supra res alias omnes creatas evertæ veritate, teste secundum Dei verbum omni antiquitate orthodoxa, tam verum & certum sit, illas, neq; quum in terris erant fuisse in cœlis, neq; cum in cœlis sint, unde venturum illum servatorem nostrum speramus, nunc in terris esse: & tamen ad vitam æternam in eo & per eum obtinendam, non minus, imò magis etiam sit necessarium, ut illius ipsius fiamus participes, quam ipsum potum & cibum terrenum ad hanc fovendam terrenam vitam, a nobis sumi: consequitur necessario falsissimum esse, & ineptissimum eorum commentum, qui communicationis corporis Christi nobiscum nomine, realem aliquam ipsorum corporum *συνάφην* & coadunationem statuentes, idcirco manducationem quoq; & potum essentialium ipsarum Oralem signis & rei significatæ communem imaginantur. Restat ergo, ut qua ratione (spirituali videlicet) & q̄ instrumento (nempe fide) beneficia Christi fatentibus etiam adversariis percipimus: eadem etiam prorsus ratione & eodem penitus instrumento ipsam

## PROBLEMA

met Christum, cui omnia illa beneficia in-  
sunt, & a quo non nisi nobis communicata  
proficisci in nos possunt, nobis & in verbo  
simplici & in sacramentis sese cum omnibus  
beneficijs menti nostræ fruendum exhiben-  
tem apprehendamus. Totum igitur istud  
mysterium spirituali modo & instrumento  
peragitur, sicut etiam illius nostræ cum  
Christo conjunctionis finis & terminus me-  
re spiritualis est, nempe ut præter ea, quæ no-  
bis in ipso per fidem apprehenso imputan-  
tur, vim etiam illam, nostros animos in hac  
vita regenerantē, etiam nostra corpora ulti-  
mo illo die, beata illa & immortalī vita vivi-  
ficaturum esse obtineamus. Quid igitur no-  
bis & in verbo & in sacramentis communi-  
catur? Certè & Christus ipse imprimis, &  
omnia, quæ ad nostram illam salutem æter-  
nam necessaria sunt, & quæ cum ipsi subje-  
ctivè insint ab eo uno in nos emanent oportet.  
Quid est autem Christum ipsum nobis  
communicari? nempe illū penitus nostrum,  
& nos illius fieri? nempe propter illius com-  
municationis effectum duplicē: unum quo  
apud patrem censemur cum illo quasi uni-  
cum numero *ὁμοῦς αὐτῷ*, mysticè nempe &  
spiritualiter ipsi insiti: quod est imputatē no-  
bis in illo justitiæ fundamentum. Alterum,  
quoniam

EVCHARISTICVM. 17

quoniam vis illa divina quæ Christi capitis  
 nostri carnem plenissimè beavit, in nos quæ  
 quæ ipsius membra, tum in hac vita mentes  
 nostras regenerans, tum in altera illa ultimo  
 die corporibus nostris beatam immortalis  
 tatem & gloriam impertitura, diffunditur il  
 la ineffabili ratione, quam Paulus ad Ephes.  
 magnum mysterium vocat, non secus quam  
 ut idem Apostolus alibi scribit, in hac terre  
 na vita sensus & motus a capite in conjun  
 ctu naturaliter membra naturali ratione per  
 manat. Et hic rursus mihi vide crassum a  
 lium istorum errorem, qui ad unionem sa  
 cramentalem signorum & rei significatæ,  
 quæ tota etiam in pactis humanis est usita  
 ta, quoties stipulationi adijciuntur signa, tra  
 hunt mysterij appellationem, non cõspe  
 ctantem ut & res ipsa & verba Pauli decla  
 rant, sed ad nostram cum Christo spiritua  
 lem coalitionem, & admirabilis ipsius in no  
 bis effecta, tum quæ jam percipimus in hæ  
 vita, tum quæ in altera consequemur. His  
 positis facile est refutare quod illi de fide  
 subijciunt, cujus actio sit impedissa, ac pro  
 inde quæ nihil reale extra mentem produ  
 eat. Primum enim estimandum est fidei ef  
 fectum ex Dei promissione, quæ est ipsius  
 objectum. Divina autem promissio, cujus

PROBLEMA

sigilla sunt sacramenta, restatur eos qui huius  
 promissioni sive in simplici verbo, sive in sa-  
 cramentis credunt, apud Deum censerī &  
 per imputationem & per spiritualis vitæ  
 communicationem unum cum Christo, illo  
 quidem sensu & duplici effectu, quem paulo  
 ante exposui. Itaque illa regeneratæ mentis a-  
 ctio promissionē apprehendens, illud quo-  
 que quod promittitur apprehendit, id est,  
 Christum ipsum, non sicut corporalis actio  
 rem corpoream corporaliter extra se posi-  
 tam corporali contactu, sed sicut mentis a-  
 ctio rem, in quam agit sibi spiritualiter, effica-  
 cissime tamē applicat. Et cum isti fateantur  
 beneficia Christi fide apprehendi, miror an  
 sint dicturi, beneficia illa nō esse aliquid rea-  
 le: quod etiam ἐξωθεν in nos emanet. Et que-  
 so quā multa realia in multis contractibus  
 humanis, solo mutuo consensu in stipulatio-  
 nibus consequimur? Quod autem isti fidē  
 cum imaginatione confundunt, ut inde di-  
 cant imaginariam esse duntaxat & spe-  
 ctri similem Christi *κοινωνίαν* spirituales,  
 non absq; impietatis specie dicitur, cū fi-  
 des non sit naturale quiddam, nedum phan-  
 tasticum & spectri simile, sed excellens &  
*ἐνεργηκότητα* Dei donum. Deniq; cum ita  
 colli-

EVCHARISTICVM. 18

colligunt: Si corpus Christi in cœna verè adest (quod nos concedimus) necesse est, ut adsit corporaliter, non autem spiritualiter. Quemadmodum enim spiritum seu spiritua- lem essentiam corporaliter alicubi præsen- tem esse pro re impossibili rectè habetur: ita vicissim corpus verum & non imaginarium alio modo quàm corporali præsens statui mi- nimè omnium potest: ista inquam collectio ex multiplici alio errore nascitur. Primum enim præsentiam situs intelligunt. Deinde nomine cœnæ accipiunt id demum, quod in terris sensibiliter peragitur. Tertio loco nõ tantùm in cœna, sed etiam in, sub, vel cum si- gnis corpus ipsum Christi adesse volunt: in quibus omnibus falluntur. Nam signa quidè situs præsentia adsunt, & corpori præbètur, & corporis organis sumuntur: Res autem si- gnificata, id est, Christus ipse cum suis bene- ficijs (& quidè specialiter humanitate sua) menti non corpori præbetur, significatione videlicet sacramentali, quam nõ corpus, sed mens sola potest considerare: idq; non ut ul- la συναφή sive ullus contactus essentialis, ne mentis quidè nostræ nedum corporis re- spectu consequatur: sed ut verè sit totus ille noster, & nos illius fiamus ad vitã eternã. Ex his consequitur, nullã situs corporis Christi

## PROBLEMA

præsentiam hic esse constituendam, sed eam  
quæ menti rem præsentem facit, adeo qui-  
dem Verè, ut ipsi quoq; patres eadem fide,  
quæ est rerum etiam nondum existentium  
*Ubi*, eandem Christi carnem nascitu-  
ram & in verbo, & in suis typis & sacramen-  
tis apprehenderint, qua nos eandem Chri-  
sti carnem natam, crucifixam & supra cælos  
collocatam apprehendimus. Itaq; una & ea-  
dem cœna duplicem habet actionem: unam  
videlicet in terris, quæ corpore peragitur,  
alteram in cœlis quæ fide perficitur, sicut  
duabus partibus sacramentum quod unum  
est constat, re videlicet terrena, quæ in ter-  
ris exhibetur, & re cœlesti, quæ fide in cœ-  
lis cernitur & efficacissimè apprehenditur:  
quæ omnia cùm isti confundant, mirum non  
est, illos in illa monstrosa, & tum analogiæ  
fidei, tum sacramentorû fini ex diametro re-  
pugnantia dogmata delabi, adeo ut seipso  
etiã destruant. Etenim si verum est (ut est ve-  
rissimum) veri corporis essentiã quantum-  
vis glorificati non posse nisi corporali mo-  
do ac proinde definita & circumscripta, vi-  
sibiliq; sua specie adesse: non tantum Ubiqui-  
tas, sed etiam tum Transsubstantiatio, tum  
Consubstantiatio funditus destruuntur:  
Et de his quidem hætenus.

ALIA

ALIA RESPONSIO. MVA.

AD QVAESTIONEM

*προποσίται.*  
 ὡς ἔφατ' Ἀρχιδιῆς, ἐπὶ δ' ἡνίων ἄλλοι ἀχαιοί.

**S**. Anonymum est scriptum, de quo sententia mea requiritur. *ἀνώνυμος* ergo respondebo. Id quod fortasse causae ipsi, de qua disceptatur, magis proderit. Qui enim seculi hujus mores sunt, omnium sanè corruptissimi, pro ut quisq; erga hunc, illum bene aut malè affectus est, ita statim ad auctoris mentionem sententiam praecipitat, non quid, sed à quo dicatur expendens, quasi veritas aut falsitas argumenti ab auctore potius, quàm a re ipsa pendeat. *Προσέκει δ' μὴ προλήψαι δὲ λῶειν* (inquit Theodoretus noster) *ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ γνῶσιν ἐπιζητεῖν*. Age igitur, paulò altius causam ordiemur. Qui totam istam *περὶ τῆς παναγίας ἑοφῆς*, funestam sanè propter malè quosdam seriatos disputatores, inter eos qui utrinq; a Pontificiorum Idolomania discessisse videri volunt, ortam concertationem, penitius introspexerint, fateri nobiscum vincente veritate cogentur, de verborum CHRISTI intellectu & genuino sensu disceptari.

## PROBLEMA

eorumq; sententiam, qui verba cœnæ non contra fidei analogiam detorquent, merito palmam obtinere, cui etiam omnes, qui verè Christi discipuli perhiberi expetunt, assentiri æquum & certum est. Instituat igitur ad normam fidei examen verborum Christi, fiatque utriusque opinionis applicatio, nec est, quod in dubium vocemus, quin hoc, quod proposui, manifestum evadat.

Verba institutæ sacræ cœnæ appello, quæ a tribus Evangelistis, & Paulo Apostolo, unanimi consensu, licet non eodem aut uniformi syllabarum tenore, uno CHRISTI Spiritu calamum ducente, recitantur. Continent illa sacramenti descriptionem, & simul considerata proponunt duo: I. Mandatum Christi. II. Promissionem mandato, ritè expedito, annexam.

Mandatum partim ministerium verbi (ad illum enim, & non alium, sacri hujus epuli pertinet administratio) partim ad sacram synaxin accedentem obligat. Ministro mandat Christus, quæ sequuntur: I. Ut sumat panem. II. Agat gratias. III. Frangat illum. IIII. Det eundem communicanti, & quidem in manus quod voces dare & accipere



pere satis arguunt. Nam ut ORE nihil damus : ita propriè loquendo nec accipi-  
mus ORE.

Communicanti verò : I. Ut consecra-  
tum panem accipiat. II. Eundem mandu-  
cet, quod fit ore. III. Ut hoc faciat in Chri-  
sti recordationem, quòd non fit nisi fideli-  
mente in conversis. Atq; ita sumtio ratione  
acquirit Sacramenti. Differunt enim sacra-  
mentũ & ratio sacramenti secundũ regulã,  
quam in fine loci de cœna Domini, inter  
cætera notatu dignissima, examen Theo-  
logicum his verbis recitat : IN EXER-  
CITIO FIDEI sumptio habet ratio-  
nem Sacramenti, quia accipit beneficia  
Dei. Hisce præceptis, quæ oratione impera-  
tiva enunciantur a Domino, indicativa ora-  
tione annectitur promissio, quod ille a mini-  
stro sumptus, consecratus, & communican-  
ti datus: a communicanti deniq; ita ut iussus  
est, & acceptus & comestus panis ( Nam  
de hoc, & nulla alia re Christam loqui, quan-  
do ait: HOC EST CORPVS MEVM, &c.  
Syntaxis grammatica & logica nos convin-  
cunt ) sit ipsius corpus, quod in cruce  
pro nobis pependit, & non aliud. Hæc,  
inquam, in verbis cœnæ continentur, quæ  
omnia omnes & singulos exactissimè ob-

*Edite Bihite*  
*Hoc est*

## PROBLEMA

servare Christiana exigit pietas & obedientia. Verus siquidem discipulus Christi esse non potest, qui non studiosissime observat omnia Christo praecepta, Domino ipso teste; *ἐὰν ὑμεῖς μένιντε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἔσθε, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς, Joh. 8.*

At Lutheranos qui se jaectant (ego verò communi Christianorum nomine contencum me esse affirmo: *ὃ γὰρ λέχομαι παρ' ἀνθρώπων ὀνομαζέσθαι, παρὰ θεῶν γινώσκω* ut Nazianzeni verbis utar) Deum immortalem, quot parasangis ab institutione **ΧΡΙΣΤΙ**, licet nihil ferè, præter τὸ ρητὸν cæpent, absunt. Nam in usu sacrae cenæ attende quæso, quot modis Christi mandatum violent?  
**1.** Pro pane verò vix spumam panis substituant. **2.** Offulas panis *σφουλλοειδεῖς* sibi concinnant, imagine crucifixi appressa, fractionem prorsus omittunt. **3.** Ad mensam Domini accedentibus panem manibus accipiendum non porrigunt, sed ori ingerunt, contra præceptum illud Domini *λάβετε.*

Ad promissionem quod attinet, quidam particulam (**κ ο c**) subjecti loco positam,  
ὡς

simpliciter ad corpus referunt interpreta-  
 tione identica, ut sit sensus: Hoc corpus est  
 corpus meum: quidam cum instar scopuli  
 tropos se fugere simulent, ad synecdochen  
 nihilominus confugiunt, non tamen λογί-  
 αλω, sed ουσιώλω. Perinde ac si cantharum  
 vino repletum exhibiturus dicas: hoc est vi-  
 num. Ita enim isti particulam demonstrati-  
uam simul de pane & corpore, ut de conti-  
 nente & contento, per corporis ad situm pa-  
 nis si non inclusionem, mirabilem tamen, &  
 verè cōmentitiā coexistentiam interpre-  
 tantur, ut sit sententia: Hic panis cum cor-  
 pore, quod illi realiter, non quidem inclu-  
 sum, adjunctum tamen est, ut in, sub, & cum  
 illo præsens adsit, est corpus meum. Sed  
 quàm absurda, & à Christi non tantùm insti-  
 tuto, verumetiam τῶς ἰησοῦς, quod unice vr-  
 gere videri volunt, utraq; sit hæc, siue δῆλο-  
 νοία, siue ἐρμηνεία, alienissimā, quæmnā i-  
 ta omnis iudicij & sensus humani expertem  
 putem, quin etiam me tacente intelligat.  
 Nam in priore idem de semetipso prædica-  
 ri fingitur, perinde ac si dicerem: homo est  
 homo, lapis est lapis, fatuus est fatuus. In po-  
 steriore subjectum ex rebus disparatis com-  
 positum substituitur, ut si dicerem: marsu-

60 vsb12

Identitas  
 in  
 αὐτονομία

PROBLEMA

pium cum pecunia est pecunia, infans cum  
 cunis est infans, saccus cum tritico. est triti-  
 cum, &c. Vtraq; sententia Pontificiam tran-  
 substantiationem revera & approbat & sta-  
 bilit. Statuitur enim panis ipsum corpus,  
 quoad sui essentiam, & ex verbis promissio-  
 nis fiunt verba creationis. In altera præterea  
 propositione (Panis cum corpore invisibi-  
 liter, si non intus latente, attamen præsentè,  
 est corpus meum) plus est in subjecto, quàm  
 in prædicato, ideoq; prædicato latius patet,  
 quod est contra omnes Logicorum regu-  
 las. Nam secundum hasce, prædicatum vel  
 latius patet, quàm ipsum subjectum, ut cum  
 nudum genus de specie enunciatur: Vel ei-  
 dem est æquale, ut in rerum definitionibus  
 & distributionibus est videre. Nec enim  
 hæ vel latiores vel angustiores debent esse  
 suo definito aut diviso, sed æquales, ideoq;  
 ἀρίστος. Deinde Pseudolutherani isti  
 καὶ Pseudopontificii particulam Es r. intelli-  
 gunt ὑπερπρόσθετος pro existit. Quasi verò pa-  
 nis ille mysticus τὴν φύσιν ἔχει, ἢ τὰ ζῆτα  
 corpus esse Domini diceretur.

Deniq; voces (CORPUS MEVM) per  
 fallaciam divisionis separant a sequentibus  
 Christi verbis: QVOD PRO VOBIS TRA-  
 DITVR: hisce ad beneficia, illis ad substan-

*Metaphisic*  
*hæc dicitur in*  
*1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> 3<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>*

tia  
 pu  
 ste  
 tia  
 na  
 di  
 Cr  
 ub  
 ph  
 lu  
 ce  
 sta  
 fib  
 di  
 re  
 sti  
 ni  
 ho  
 st  
 ci  
 m  
 v  
 ti  
 b  
 ta  
 ri  
 p  
 e  
 ip

tiam corporis Christi relatis, cum nec corpus Domini a fructu divelli debeat, & posterior illa determinatio illam ipsam substantiam corporis, de quo in Sacramento Cœnæ participamus, describat, adeo ut appendice hac a prædicato remota pro corpore CHRISTI corpus substituatur non corpus ubiquisticum, imaginariū, marcioniticum, phantasticum, tropicū, commentitiū, nullum. Corpus enim pro nobis traditū, nisi in certo loco esse, nisi circumscriptum, nisi iusta membrorum <sup>συμμετρίᾳ</sup> dispositum, nisi visibile & tangibile concedatur, certū est tradidi nunquam potuisse. At novi isti dominatores fidei corpus nobis minimè credulis substituere satagunt (ut dixi) ubiquisticum, infinitum, invisibile, impalpabile, ilocale. An hoc est τὸ πῦρ tenerē? An non pro vero Christi corpore CREDVLAE & imperitæ simpliciorum turbæ phantasma obtrudūt? Vides, mi vir, quisquis es, (ad te enim sermonē convertō) vides, inquam, quot quibusq; in capitibus, Lutherani, Ubiquistę, & Flaciani a verbis Christi, quæ tamen interim fixa & immota (ut nunquā ulla sophistica, aut vi labefacta ri aut irrita reddi posse minimè dubitemus) penes se suosq; adhuc stare falso jactitant, recesserint, & quā vana sit eorundem de πῦρ retinendo gloriatio, quæque sit inter

## PROBLEMA

nos & ipsos dissensio: hæc nimirum, quod nos cum omnibus rectè sentientibus retineamus genuinum Cœnæ verborum sensum, & cum reliquis sacræ scripturæ testimoniis consentientem, vos autem alienum iisdem affingatis. Quæ de re antequam ad tuas objectiones responderem, te admonendum duxi.

Nunc ad tua descendens, ad primum respondeo, Omnes, quos tu Sacramentarios, hoc est, rectè de Sacramentis sentientes vocas, corde credere corporis Christi pro nobis traditi in Cœnæ præsentiam & ore eandem profiteri: negare autem fictitiam istam in pane, utpote inter totum & partem, (symbola enim sunt pars Cœnæ) rectè distinguentes, quæ vos, unum pro altero usurpantes, imperitè confunditis. Quæ deinde de modo asseris, vera sunt. In eo enim præcipuè dissentimus, & de eo hætenus disceptatum est. Nam vos somniatis, Christum aut imaginariè (ut loqueris) aut corporali duntaxat modo esse præsentem: nos verò sacramentalem statnimus præsentiam. Sunt enim verba: **HOC EST CORPUS MEUM**, &c. Verba Sacramenti, sacramentaliter igitur non imaginariè aut physicè intelligenda. Ex vulgato axioma: Verba secundum

EUCHARISTICVM. 23

secundum subjectam materiam sunt intelli-  
 genda. Sacramenta autem non sunt sua na-  
 tura (τῆ φύσει) res sacramenti: sed ex ordi-  
 natione divina (τῆ βουλῆς καὶ τοῦ ἔργου) for-  
 tiuntur nomina rerum, quarum sunt Sacra-  
 menta. Hinc vetustas docuit, & cum ea om-  
 nes orthodoxi, Cœnam sacram constare  
 duabus rebus, terrena & cœlesti, hoc est,  
 symbolis conspicuis, puta pane & vino con-  
secratis, id est, verbis Christi ad hunc ritum  
 destinatis, & corpore ac sanguine redem-  
 ptoris. Hoc igitur sensu appellatur panis  
 corpus & vinū sive poculum sanguis Chri-  
 sti. Secundum illud Theodoreti: Dominus  
 noster panem & vinum corporis ac sangui-  
 nis sui appellationibus honoravit, non na-  
 turam mutans, sed gratiam <sup>naturæ</sup> nomine appo-  
 nens. Quæ nam illa gratia est, nisi sanctifica-  
 tionis, non inhærentis sed relativæ? Nova  
 enim vocatione, quæ ex verbis institutionis  
 intelligitur, symbola illa panis & vini, sedan-  
 dæ aliâs fami ac siti destinata, ab usu illo na-  
 turali, quam ex creatione habent, segregan-  
 tur, & ritui huic sacramentali destinantur.  
 Cùm igitur in usu Cœnæ sacramenta, seu  
 symbola illa visibilia, hoc est, panis consecro-  
 tus & vinum consecratum, sua natura ma-  
 neant a re sacramenti distincta, sequitur,

AB

PROBLEMA

non eodem modo in Cœna præsentia eadem esse ac percipi. Rursus: Cùm panem & vinum illud mysticum ore corporeo participant ad mensam Domini accedentes, consequens erit, eos corpus & sanguinem Filii Dei eodem non participare. Quo igitur alio instrumento Christus apprehenderetur, inquis. Ex formula vestra, quæ *κατ' ἀντίφρασιν* Cōcordiæ titulo venditatur, respondeo: Credimus, docemus & cōfitemur, SOLAM FIDEM esse illud mediū, & instrumentum, quo Christum Salvatorem, & in Christo iustitiam apprehendimus, &c. Vide artic. 3. de iustitia fidei coram Deo, propositione affirmativa tertia. Statuit ergo vestra Concordiæ formula: Solam fidem esse medium & instrumentum, quo Christum apprehendimus. Non igitur os corporis. Et per consequens, oralis vestra corporis Christi manducatio, nisi sacramentaliter intelligatis, subsistere non poterit, sed funditus evertetur, atque ita objectio tua prima evanescet. Etenim imaginariam præsentiam, ut & localem in, aut sub pane nullam agnoscimus, sed sacramentalē, quæ est ἁγιῶν, credimus. Nam Sacramenta ad categoriam relationis rectè referuntur, quæ sanè correlativorum præsentiam

Beza



sentiam, sed non in eodem loco ponit. Sic pater & filius (ex nobis enim exemplū propono) sunt relata, ἀπαρτῆ φύσει, ut philo-  
 phus loquitur, non tamen eodem loco præ-  
 sentes. Nec enim sequitur: Hic adest pater  
 (de hominibus loquendo) ergo & filius ad-  
 est. Eodem modo vestra etiam hæc conse-  
 quentia minimè coheret: Panis consecratus  
 est corpus Christi. Ergo ubi panis, ibidè est  
 corpus CHRISTI. Nā aliud est pronomen  
 (HOC) aliud adverbium (Hic) quæ vos con-  
 funditis imperitè. Sic nec istud sequitur: Pa-  
 nis ore corporis manducatur: Ergo & cor-  
 pus Christi. Quia corpus Christi, non ut pa-  
 nis, corporis, sed animæ cibus est. Id quod ex  
 instituto Christi, haud corporis, sed animæ,  
 hoc est mentis, non ventris pabulum insti-  
 tuere volentis, ex hac conclusione ratū fir-  
 mumq; facio: Id quod regeneratur, corpore  
quoq; Christi cibatur, At cor regeneratur.  
 Ergo & cor cibatur carne Christi. Et hoc  
 quidè ex fundamento ἡ ἐν ὁμοιοῦσι illa Cō-  
 cordiæ vestræ formula rectè SOLAM FI-  
DEM mediū & instrumentū apprehenden-  
 di Christū asseruit, suamq; illationē (quando  
 sic infers: Ergo vel imaginariè vel re ipsa) im-  
 probavit. Nam fides revera sive re ipsa Chri-  
 stum percipit, non imaginariè. Nec enim  
imaginatio est fides, sed est assentiri omni cc

*ἀπαρτῆ φύσει*

## PROBLEMA

verbo Dei, &c. In verbo autem Dei ne verbum de orali corporis Christi manducatione habetur. Nam CHRISTVS nusquam dixit: Comede corpus meum & quidem ore corporis: sed, Hoc (id est panis servatoritu, quem institui, comestus) est corpus meum. Ergo realitas vestra revera & corpus Domini in phantasma imaginarium convertit, & manducationem imaginariam infert, cum nemo, verè Christo addictus, bona conscientia assentietur unquam. Quid? quòd re ipsa percipi, non istud duntaxat dicitur, quod ore corporis percipitur. Aliàs enim statuendum esset, Patres in veteri Testamento nec carnem Christi manducasse, nec sanguinem ipsius bibisse, quod tamen affirmat Apostolus, Omnes (inquiens) bibebant, & sic vel perierint, vel sine corporis illius manducatione salvos factos necesse erit: quorum ut illi experientia, ita huic Christi dictum adversatur: Amen amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed objicis, in citato loco Christum non loqui de sacramentali manducatione, sed spirituali, quæ fit fide, etiam extra Cœnæ sacrae usum. Respondeo: Verum quidem, sed perperam inde colligis: Non loquitur

loquitur Christus Iohan. 6. cap. de sacramentali manducatione. Ergo locus ille non recte huc accommodatur. Nam etsi ibi Christus de sacramentali manducatione non agit: agit tamen de re Sacramenti, hoc est, de carne pro nobis tradita. Sic enim ait: Panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Quæ oratio eadem est, cum illis Cœnæ verbis: **HOC EST CORPUS MEVM**, quod pro vobis traditur. Idem ergo utrobique modus stabilitur. (De re Sacramenti, non de Sacramento jam loquor) manducandi carnem Christi & ejus sanguinem bibendi, quem modum tu ipse spiritualem agnoscis. Inde sic ratio eior: Si de eodem corpore & sanguine suo Christus in Cœnæ verbis & in concione Iohā. 6. agit, in Cœna sacra non poterit non eadem ratio præsentia esse, quæ est in Iohanne, & per consequens idem utrobique manducandi & bibendi τὸ πανάγειον τοῦ ζῶντος ἑοφλεῖ modus. At de eodem corpore & sanguine Christus agit, ut enim bicorpor fuit nunquam: ita de diversis corporibus non est loquutus. Ergo eadem tum præsentia, tum apprehendendi corpus & sanguinem Christi ratio, idemque modus est. At illa præ-

D

Major. Ritus enim uel signa USUS expertia ueni.  
Nulla representant rerum nouum etiam a cran-

### PROBLEMA

sentia est spiritualis, fitque cum spiritu fidelium, non cum pane (pani siquidem nulla facta est promissio, sed homini.) siimiliter & modus apprehendendi spiritualis est, & fide percipitur. Sola enim fide (ut antea probatum est) non alio instrumento, nisi Pontificiis totum articulum justificationis nostrae gratiae coram Deo prostituere liberat, Christum cum omnibus beneficiis suis, quantus quantus est, merito, substantia & efficacia, ut totus noster fiat, apprehendimus & possidemus. Et hinc quidem verus dependet ac promanat intellectus auree nostrae REGVLAE, qua Philippus, communis ille omnium per universam ferè Europam rectè de Deo ultima hac mundi ætate sententiarum præceptor,  $\delta \epsilon \nu \delta \sigma \iota \sigma \iota \varsigma \eta \delta \eta$ , omnem omnium errorum sacramentariorum, quot quot vel extitère vel existere poterunt, coluuiem uno quasi icu prostravit: Nihil habet rationem sacramenti extra usum diuinitus institutum. In Cœnæ igitur sacramento tria sunt distinctè consideranda. 1. Symbola, externo homini proposita. 2. Pro interiore homine thesaurus ipse, seu res sacramenti, corpus uidelicet & sanguis Domini. 3. Ratio Sacramenti, quæ consistit in legitimo Cœnæ

Joh. Major  
Hic est ille auis qui pulsat regna Paparum,  
Fringit conuincens deliria, et inprobos audit  
Fingunt, et christum manibus gestare sacerdos,  
Ac reprobis uacuis fide dare corpus cibandum.  
Hoc uno responso omnes evertit abusus,  
Quod qui forte negat; non se de gente Paparum  
Deserisse putant, sed adhuc funderunt eodem  
Sacra fœner eadem, sensus tamen sinistro,  
Mystica sacrate passim conuicia Cœnæ.

*Nil extra legit sancti ordinis usum  
Ex aliqua constat rerum ratione sacramentum*

**EVCHARISTICVM. 26**

Cenæ usu, qui nequaquam excludit Fidem. Id quod & Lutheri axioma, in ipsis Polemicis positum, confirmat: Sacramenta spiritualia sunt, non in objecto, sed in usu. Qui autem corpus Christo ubiquitarium affingunt, illi ipsi Lutheri hoc axioma, quod vel solum, ad componendum bellum istud (proh dolor) tam funestum & diuturnum, ac nihil minus quam Eucharisticam, sufficere poterat, invertunt, Sacramenta fingentes spiritualia (vel potius ut tu loqueris, & recte quidem huc si accommodemus imaginaria) in objecto (quod geminum est, externum symbolorum externo, & alterum illud interno homini propositum, thesaurus videlicet ipse) non in usu, quem totum faciunt oralem & Capernaiticum. Etsi autem Ubiquitarii in primo objecto, quod externo proponitur homini, a Pontificiis transubstantiatoribus dissentire videri volunt: tamen ex natura correlativorum, signi videlicet rei que signatæ, quo argumento orthodoxus apud Theodoretum Dialogo primo Eranisten de veritate corporis assumpti convincit, contrarii erroris argui possunt. Posito enim aut sublato typo, vel signo, ponitur, tolliturve archetypus, seu res signata. Et contra.

PROBLEMA

Vt ergo transubstantiatores symboli veritate negata veritatem rei simul amittunt, nec Christum in Missa sua theatra, sed idolum tractant: ita consubstantiatores archetypo, hoc est corpori Christo vel *πανταχουσιαν*, vel *πολλαχουσιαν* affingentes, & nescio quam coexistentiã eiusdẽ ad sitũ panis commiscentes signi sacramentalis veritatem simul amittunt: atq; ita contra Lutheri Regulam, Sacramentum Cœnæ faciunt (ut dixi) spirituale in objectis, carnale in usu. Et hæctenus quidẽ de tua consequentia: Nunc (quod reliquum est) ejusdem prosyllogismum examinabimus.

*Corpus Christi, inquis, secundum vos (tu igitur articulum hunc fidei in dubium vocas) sursum in cœlos receptum est. Fides autem nostra, immo nos ipsi toti, deorsum hoc est, infra in terris fixi hæremus. Ergo re ipsa corpus Christi a vobis in Cœna percipi dicere non potestis. Immo possumus, mi homo. Quod priusquam probem, licet jam ante probaverim, miror equidem, non tantum ascensioni Christi in cœlos ubiquitariam te interpretationem affingere, sed in minore, non tantum carne illa tua, verum etiam fide totum adhuc terræ affixum teneri te fatearis, contra fidei Christianæ*

tianæ hypostasim, quam τῆς ἰδπιζομενίων, <sup>O pronæ</sup> in terras a-  
 καὶ μὴ βλεπομενίων esse Apostolus monet. <sup>nimæ et co-</sup>  
 Et quorsum idem τὰ ἄνω προνοεῖτε, μὴ τὰ <sup>lestium ἀνε-</sup> anes.  
 ὅτι τῆς γῆς; Coloss. 3. Annon ubi thesaurus,  
 teste Domino, ibidem & cor? Graculorum,  
 an aquilarum mensa est, quam Christus in-  
 stituit? sed valeant ista, nimis tamen crassa,  
 καὶ ἀθεόλογα, immò etiam ἄλογα. Luth-  
 rus Gen. 12. Cùm ratio præsentibus soleat  
 niti, FIDES absentia complectitur, & ea-  
 dem contra rationem præsentia esse judi-  
 cat. Fide autem corpus Christi reipsa per-  
 cipi, cur negas quæso, cùm ejusdem nihilo-  
 minus beneficia fide comprehendi conce-  
 das? An enim beneficia à Christi corpore se-  
 parari finges? Quomodo igitur caro ipsius  
 manebit vivifica? Nec enim adjuncta sine  
 suis subjectis consistere possunt. Accedit  
 quòd vestra Concordia opinionem tuam con-  
 demnet, cùm fidem solam instrumentum  
 apprehendendi Christi agnoscat. Quæ e-  
 nim in articulo de justificatione vera sunt,  
 proculdubio etiam in doctrina sacramento-  
 rum vera sunt; nisi cum tabulis sigilla com-  
 mittere, aut hæc adversus illas interpretari,  
 hoc est, per sigilla tabulas fœderis, quas con-  
 firmare debebant, evertere libeat. Quod

In  
 Concordia

## PROBLEMA

quid aliud esse, quàm cum ratione insanire dixeris? Ratio ex Aristotele adducta nobis haud dubiè adversatur. Loquitur enim philosophus de actionibus duntaxat animæ, quas ex suis viribus edit, non de illis, quæ in ipsa divinitus accenduntur seu excitantur, qualis est fides, quæ donum est gratiæ divinæ. Falsum denique istud quoque est, planèque ἀθεολογικόν, quod ἀνάμνησιν mortis & passionis Domini imaginariè fieri somnias. Est enim ἀνάμνησις revera actuum. Præsupponit ergo ἀνάμνησις illa executionem mandati Christi, cui promissio ejusdem subordinatur. Et sic ratio tua philosophica prostrata jacet: quid verò possit Theologica, nunc experiemur. Ac primum quidem, qualis quæso isthæc tua est collectiuncula? Si Christi (inquis) corpus duntaxat est in cælis, quomodo fidei, quæ in corde nostro est, verè, realiter & essentialiter copulabitur? Respondeo: Si fidei Hebr. II. descriptas vires expenderes, minimè hæsitares, & bellam istam, quam comminisceris, enstas in ultrò nobiscum abjiceres. Nos verò multò fortius argumentamur: Siquidem tota sacra Scriptura, & ipso symbolo Apostolico attestante, donec seculum finia-

tur, cor-



*Coena non in praedicatione ubi  
sed in praed. Actionis.*

EVCHARISTICVM. 28

tur, corpore suo sursum est Dominus, in  
caelesti illo politeumate, ad quod etiam  
nos aspiramus, Philip. 3. Ergo ore corpo-  
ris percipi nequit. Nam Christi corpus, ut  
in Coena praesentia sacramentali praesentis-  
simum, ore etiam corporis percipi sacra-  
mentotenus haud negamus: ita ab exter-  
no illo pane Coenae tantum, quantum coe-  
lura a Parte distare non inficiamur: nisi for-  
te quae de toto, ut Coenae epulo, vera sunt,  
eadem de symbolo, Coenae parte, asseverare  
libeat. Atque ita Christus pani praesen-  
tiam corporis sui promiserit scilicet, quod  
falsissimum esse, hac ratione evinco:

Cujus causa Coena est instituta, illi  
CHRISTVS speciali hac actione praesens est. At non panis, sed hominis causa  
Coena est instituta. Ergo non panis, sed  
homini speciali hac actione praesens est.

Magnam vero injuriam facis Ecclesiae  
Orthodoxae, quando scribis, Nos non  
substantiam corporis Christi manducare, sed  
tantum beneficiorum eius, per quandam  
veluti representationem, et fides imagi-  
ginationem participes fieri. Bona verba  
quaeso. Certè enim CHRISTVM sub-  
stantia, merito, & efficacia in legitimo

D 4

*manus fana  
de hys in  
tuli Coenae  
vultu*

PROBLEMA

Coenæ usu nostrum fieri, ut arctius indies  
 cum eo copulemur, & credimus & profite-  
 mur. Substantia, quia caro de carne ejus su-  
 mus. Merito, quia factus est *λύτρον* pro pec-  
 catis nostris: Efficacia, quia per fidem in cor-  
 dibus nostris habitat, nō præsentia momen-  
 tanea, sed stabili & perenni. Utq; Judæ con-  
 fortes, nisi resipiscant, vivificari nunquam  
 dixeris: ita qui simpliciter sunt manentq; *ἀπιστοι*, istos substantia corporis Christi per-  
 frui constanter negamus, donec vel carnem  
 Domini a beneficiis, vel hæc ab illa separari  
 ullo modo posse, hoc est, carnem Christi  
 non tantum vivificam, verum etiam lethife-  
 ram esse, firmis argumentis probaveris,  
 quod cum præstabis, cum fidei *ὑπόστασις ἢ*  
*ἐλεγχος* nihil ab imaginatione (ut nugaris)  
 differre demonstraveris. Quæ de vestra ve-  
 rò sententia, quàm illa sit felix scilicet & va-  
 lida annectis, non tantum nullo sacræ Scri-  
 pturæ testimonio nituntur, ideoq; eadem  
 facilitate rejiciuntur, qua afferuntur. Sed in-  
 duplicem insuper reprehensionem incur-  
 runt. Primum enim pro æquipollentibus su-  
 mis, VERE & ORALITER PASCII: quasi  
 non verè pasci possemus corpore Christi,  
 nisi ore. Nam & fide verè pascimur carne  
 Domini.

*Hieron:  
 quicquid de scripturis  
 auctoritatem  
 non habet  
 eadem facilitate  
 arguuntur &  
 assentitur*

Domini, aut (si id neges) concio Christi Io-  
han. 6. de imaginario carnis vivificæ esu in-  
stituta erit, quod sine impietate statui dici-  
vè a nemine potest. Deinde quod scribis,  
vos corpore Christi pasci ad vitam æternâ.  
Nam de omnibus hoc affirmare ex vestra  
doctrina nequis, qui quosdam illud in sui  
condemnationem accipere affirmatis: sed  
falsò. Quia hac ratione caro Christi fieret  
mortifera, nec verè cibus esset, sed in vene-  
num aut toxicum degeneraret, & virtus vi-  
vificandi a carne separaretur, immò carni  
Christi mortificatio ascriberetur, & Chri-  
stus mortis causa, reluctante tota sacra scri-  
ptura, constitueretur. Deniq; tertius quoq;  
Concordiæ vestræ articulus de justificatione  
no funditus everteretur. Hæc de priore tuo  
argumento: in altero nihil te profecisse vi-  
deo. Si corpus (inquis) Christi in cœna verè  
adest, corporaliter, non spiritualiter adsit, ne-  
cesse est. Rursus ergo corporalem præsen-  
tiam ita urges, ut spirituales esse veram ne-  
ges. Sed imperitè soli corporali præsentia  
veritatem tribuis, quæ a vestro illo orali  
perceptionis commento evertitur potiùs,  
quàm stabilitur. Quid? quod Sacramenta-  
lis, quam græci mysticam vocant, licet nec  
corporalis propriè, nec localis sit præsentia

*Hæc de*  
*re*  
*Si corpora*  
*liter adest*  
*in cœna,*  
*quomodo*  
*igitur hy-*  
*perphysicè*  
*idem ori in*  
*geritur? An*  
*os alium ha-*  
*bet agendi*  
*modum,*  
*quàm phy-*  
*sicè. Quid*  
*ergo aliud*  
*quàm Ca-*  
*pernaticè*  
*manduca-*  
*tionem sta-*  
*bilitis? Lon-*  
*gè aliter*  
*sentiit Ec-*  
*clesia.*  
*δι τῶν,*  
*inquiens.*  
*ὄντων ἡλικῶν,*  
*δι τῆς ἑ-*  
*κείνης.*

PROBLEMA

non tamen propterea vera esse desinit. Ex insufficienti igitur partium enumeratione, procedit tua ratiocinatio. Nec ratio ista tua ex oppositis petita sententiam tuam confirmat, vel nostram oppugnat. Nam ut eam in Physicis veram agnoscimus: ita in materia Sacramentorum non obtinere statuimus. In illis enim corpus natura sua in loco est: in his verò ex promissione Christi adest, quæ correlative requirit fidem. Præterea ex illa ipsa ratione, tota tua doctrina & opinio funditus evertitur. Nam si illa oppositio est vera, sequetur, corpus Christi simul & semel in uno duntaxat loco præsens esse, non igitur in tot panibus numularijs, quos στρογγύλας καὶ στρογγυλοειδεῖς græci a forma rotunda & terete appellant, ipsum panis, quam vero pani similibus. Deinde Christum, quoties cœna peragitur, vel in cœlo vel in pane præsentem esse corporaliter oportet. Si in pane. Ergo eo tempore non erit in cœlis, sed de cœlis descenderit. At hæc somnia etiam Lutherus rejicit, qui negat ascensum & descensum in panem. Non igitur in pane quærendum est corpus Domini, nec cum, in, vel sub reali & locali coexistentia latitat.

Ex his utcumq̄, quàm nullo fundamento sacræ

Oppositio  
f. 12. b  
p. 74

V. Feder  
H. d. h.  
L. w. h. b.

saerae scripturae nitatur oralis manducatio, perspicis, quae ut tibi ad veritatem consequendam adjumento sint, Deum Opt. Max. precabor. Vale & Veritatis fundamenta sine opinionum anteceptorum praedjudicio inquire.

*IV. NB.*

RESPONSIO ALIA AB.  
AD EANDEM  
*questionem.*

EXPECTAS, ni fallor a me ad amici, quem virum bonum meiq; perquam studio sum ostendis, pagellam seu argutias, quas spiritali manducationi opposuit, responsum. Quid verò opus est monstrare eorum fontes aut solidae responsionis fundamenta, ubi tam crasse in prima fidei Christianae elementa impingunt, ut nemo possit esse tyro in rebus divinis, qui non videat & palpet? Quam pueriliter impingit in limine, in questione id ponens, quod ab utrisque affirmari concedit? Cur non dixit in questione esse haec tria, An corpus lateat in pane; an manducetur ore; an etiam ab impijs? quae si potest, nobis vel Augustana Confessione demonstret. Quomodo consentit secum, qui fide percipi

## PROBLEMA

verum Christi corpus tam in cœna, quàm  
extra eam fatetur: & hanc ipsam perceptio-  
nem suis illis argutijs tamé oppugnat? Quo-  
modo cum suis, qui illum fructum tantum  
esse volunt, non κοινώνιαi corporis ipsius?  
1 Et quis feret hæc tam βιωτικὰ, fidem no-  
stram & nos totos in terris deorsum fixos  
2 hæzere? ἀνάμνησιν Fidei esse nudam recor-  
3 dationem? Fidem esse notitiam ἐμψύχου  
hærentem in cerebro? esse imaginationem  
seu phantasia, cujus actio tantum intra ce-  
4 rebz substat ferri in sublime per ἔκστα-  
σιν? Corpus Christi intra corpora nostra  
5 esse, quia Christus habitat per fidem in cor-  
6 dibus nostris? nos oraliter ad vitam æternâ  
pasci? nullam esse posse corporis Christi spi-  
ritualem præsentiam, sed tantum corpora-  
lem? Quæ si ita se habent: quomodo dicit  
Apostolus: τὰ ἄνω ζητεῖτε, ubi Christus est  
ad dextram Dei? πολίτευμα nostrum in cœ-  
lo est, unde Christum expectamus? quid dif-  
feret ἀνάμνησις mortis Christi & Alexan-  
dri? quomodo fides justificabit & Christo  
nos uniet? quid amplius accusamus Ponti-  
ficios, quod fidem vivificam cum historica  
confundant? Cur non ridemus Ecclesiam  
œnantem: Sursum corda habemus ad Do-  
minum,

minum, quasi *ἐκστατικῶς*? Cur credimus,  
 Dominum in cælos receptum, indeq; redi-  
 turum in die extremo? Quid ni dicit, sedem  
 phantasiæ cor esse? Et Christum in corde  
 habitare per phantasiam? Quid Christus,  
 quid Paulus, quid Patres de spirituali esca-  
 tã multa? cur iste spiritum sanctum a Sa-  
 cramentis ad Garamantas non relegat? ac fa-  
 tetur tandem merè hæc esse *σάπρινά βιωτι-  
 κα*? quia *σῶμα* nullo pacto adesse vel perci-  
 pi possit *πνευματικῶς*? sed age, dialecti-  
 cè, ita ut vult, argutiæ ejus excutiantur:  
 licet otio tam abundem, quam qui minimè.  
*Fides, inquit, aut reipsa aut imaginariè perci-  
 pit in cæna corpus Christi. Non reipsa. Imagi-  
 nariè igitur, hoc est, per ἀνάμνησιν quandam  
 seu nudam recordationem, seu imaginationem,  
 hoc est, phantasiam, hæc enim ei sunt σικώρυ-  
 μα.* Mitto jam majorem falsam: quasi vero  
 phantasia & res ipsa dividant. Minor nega-  
 tur. Hanc probat: *Quod in cælo est absens, fides  
 nequit reipsa percipere in cæna: Corpus Christi  
 in cælo est absens. Ergo. Fallacia est secundum  
 quid ad simpliciter. Major enim de absente  
 simpliciter, minor tantùm de absente secun-  
 dum quid datur. Neq; enim Christi corpus  
 eò quòd actu physico tantùm in cælis nunc*

PROBLEMA

Cœna non est  
 locq, aut in  
 materia. Ubi  
 ACTIONIS  
 At ois a no fr  
 Alio bi. nulli  
 bi. n. qd nrg  
 minimum, qua  
 Actio: no a.  
 qua solatur  
 quid, pino  
 aho sacra-  
 mentis.

est, a cœna simpliciter abest, sed cū sit res  
 cœnæ signata, actu sacramentali est præsen-  
 tissimum, non utiq̄ue in pane, sed in verbo  
 promissionis pani annexæ: nec Ori, sed fidei  
 fumentis. Adest enim Christus in sacramen-  
 to non propter panem, sed propter homi-  
 nem. Nec sequitur: si in pane nō lateat, quod  
 illi volunt, ideo in cœna non esse. Neq̄; enim  
 panis solus est cœna, sed cœnæ (absit calum-  
 nia dicto) ignobilior pars: nobilior verō qua-  
 siq̄; anima Sacramenti Verbum promissio-  
 nis, quod intuens fides, verè intuetur ac per-  
 cipit rem ipsam, de qua sonat promissio, nul-  
 la temporum vel locorū intercapedine ob-  
 stante. ubi ubi res ea sit corporali situ. Quia  
 imō tota major ut falsa negatur. Fides enim  
 cū sit ὑπόστασις ἐπιζουμένων καὶ πραγ-  
 μάτων ἐλεγχῶν καὶ βλεπομένων, nec tempo-  
 ri nec loco subest, sed vi promissionis qua ni-  
 titur, sicut præterita & futura, sic & absentia  
 præsentia habet. ut ergo fides discipulorum  
 haud impediabatur a salutari carnis seu cor-  
 poris Christi esu, licet loco a singulis separa-  
 tum mensæ accumberet in prima cœna, ne-  
 que dum traditum in mortem esset: ita fides  
 nostra haud moratur nunc cœli terræq̄; di-  
 stantiā in salutari Christi perceptione, quia  
 juxta

5

ju  
 in  
 pe  
 ci  
 m  
 de  
 in  
 pr  
 tel  
 tia  
 de  
 or  
 pi  
 ri  
 12.  
 qu  
 sen  
 cū  
 sur  
 est  
 qu  
 cip  
 ser  
 pt  
 ni  
 ra  
 pi



juxta Verbum utrunq; credit, & Christum  
in cœlis esse ac habitare donec redeat: & se  
per spiritum S. eidem in cœna uniri & pasci  
eius carne ad vitam æternam.

Instantia 1. Quæ locis disiuncta sunt non sunt  
mutuo præsentia. Corpus Christi in cœlo: Fides  
deorsum tota in his terris fixa hæret. Nulla pro  
inde corporis ad fidem est præsentia vel perce-  
ptio. Major de locali præsentia vera esse po-  
test: de spirituali minimè: quæ est rerum e-  
tiam dissitarum per eundem spiritum & fi-  
dem conjunctio, cujusmodi membrorum  
omnium etiam disiunctissimorum cum ca-  
pite Christo & inter sese, in cœna sanciri, cla-  
rius est ex Apostoli doctrina 1. Cor. 10. 7. &  
12. 13. quam ut negari possit. Et errat, mea  
quidem sententia, toto cœlo amicus, si præ-  
sentiam identitate loci solum definiri putat,  
cùm ea verè dicantur præsentia secundum ip-  
sum Augustinum, quæ sunt præsentibus, hoc  
est, sensibus sive externis sive internis, ad  
quod fides pertinet in homine renato, per-  
cipiuntur. Sic sol in cœlo hærens oculo præ-  
sens est propter illuminationem. Præce-  
ptor in cathedra docens auditoribus om-  
nibus est præsens. Paulus Corinthijs e-  
rat præsens suo spiritu, corpore Philip-  
pis absens. Sic & Christi corpus naturali

*Alia hæc nichil  
est esse Zup-  
miver*

*5. 9. 6.*

## PROBLĒMA

ſitu in cœlo manens, præſens eſt fidei in cœ-  
 næ promiſſione propter ſpiritualem & in-  
 fallibilem perceptionem. Apage verò mino-  
 rem illam Epicuro magis, quam Chriſtiano  
 dignam, fidem totam in his terris defixam hæ-  
rere, & humi repere, quod Servetanæ olim  
 blaſphemix fuit principium. Quomodo e-  
 nim collocasset nos in cœleſtibus Deus cū  
 Chriſto? Ephel. 1. quomodo πολίτας eſſe-  
 mus cœlorum, unde Ieſum rediturum expe-  
 ctamus? Phil. 3. quomodo quæremus τὰ αἰώ-  
 ea quæ ſurſum ſunt, ubi Chriſtus eſt? Col. 3.  
 Si fides noſtra, imò nos ipſi toti ( ut amicus  
 ait) deorſum & infra fixi hæremus. Faceſ-  
 ſant iſta a pijs auribus nimis φορτικὰ.

Instantia II. Notitia ἐμψύουσα in men-  
te & cerebro non operatur extra cerebrum. Fide  
eſt talis notitia. Non ergo foràs egreditur  
vel extrá, Chriſtum apprehendit. Quis rur-  
 ſus tam craſſam Theologiam feret in mino-  
 re? Hoc eſt ignorare, vel petulanter elude-  
 re principia Evangelij, & calumnijs Papiſta-  
rum herbam porrigere. Fides eſt notitia mi-  
 nime ἐμψύουσα ſeu hærens tantùm in ce-  
rebro, & inani ſpeculatione ſe paſcens. ſed fi-  
 ducialis in mente ſimul & corde ſedem hæ-  
 bens, ſed & foris non minus, quam intus

ἐνεργητικωτάτη

ἐκρυπτικῶτάτη apprehendens suumq; fa-  
ciens Christum cum suis beneficijs in ver-  
bo perq; caritatem operans, &c.

Instantia III. Quod est in corde non percipit  
fides extra sed intra nos: quia fides est in corde,  
cor in corpore, &c. Christus est in corde nostro:  
quia habitat per fidem in corporibus nostris.  
Percipitur ergo fide non extra, sed intra corpus  
nostrum existens. Quis quatuor terminos  
cæcus non palpet? Cor in majore pro par-  
te corporis seu viscere: in minore phrasi He-  
braica pro ipsa anima eaq; renata per Spiritum,  
seu pro interno homine capitur. Præ-  
terea major de in existentia locali, minor de  
spirituali loquitur. Non enim in corde ut  
cor est, sed ut cor fidele est Christus habi-  
tat, nec corporali ingressu vel existentia, sed  
spirituali vnione per fidem, in nobis manet.  
Neq; enim vult Apostolus substantiam car-  
neam & osseam intra ventriculos carnei cor-  
dis nostri delitescere: sed Christum totum  
capi à fideli anima, & cum ea vnum fieri, me-  
diante Spiritu sancto, in ipso & nobis habi-  
tante. I. Cor. 12. 13. I. Ioh. 3. 24. & 4. 13. de qua  
salutari in habitatione etiam Christus Ioh.  
14. 23. Ac disertè addit Apostolus: per fidem,  
ut phantasias corporalis inexistentiæ exclu-  
dat.

## PROBLEMA

Instantia IIII. Fides non est ἐκστασις, nec agit per ἐκστασιν. At extra se rapi in sublime, esset agere per ἐκστασιν. Non ergo extra se rapitur in sublime fides, &c. Minor inanem Sarcasum habet contra Apostolum: Quærite τὰ ἄνω, & contra Ecclesiæ sanctissimam vocem: Sursum corda. Quasi verò fides per ἐκστασιν, hoc est, miraculosum animi extra corpus veluti egressum, & contemplatione rerum seu specie seu verè præsentium: ac non potius suo proprio & naturali actu feratur in rem promissam, dum promissione haud terræ affigitur, sed in sublime evehitur, ut ipsa sibi quasi cælum & terram copulet. Credenti enim, inquit Christus, omnia possibilia. Vnde & actio Cœnæ non tam terrena, quàm cœlestis est: & mensa non gracularum, sed aquilarum a Chrysostomo scitè vocatur. Summa, πίσις καὶ πισὸν non possunt non perpetuò conjuncta esse tā invisibili quàm in audibili verbo: ac meminere amicus, promissionem Sacramenti non sonare de præsentia corporis in pane vel elementis: sed esse concionem Evangelij, de salvifica carnis seu corporis Christi pro nobis traditi manducatione; symbolis seu ritu sacramentali, majoris ἀσφαλείας gratia vestitam

5.7.b

stit  
mif  
ta,  
tis  
tum  
aut  
bo  
Ch  
ritu  
nam  
sica  
ei o  
rit,  
S  
por  
in e  
Fal  
non  
ter  
dun  
sti  
lice  
hui  
duc  
lis  
qu  
rit  
nis

stitam & obfignatam. Credamus ergo pro  
 miffioni, Christum traditum pro mundi vi-  
 ta, nos præfentem pascere (licet sub elemen-  
 tis non delitefcant) per omnipotentem spiri-  
 tum: nec fingamus præfentiam definitivam  
 aut repletivam, ubi nulla est opus, sine ver-  
 bo Dei. Hæc noftra est felicitas, quod cum  
 Christo corpus unum fumus per unum spi-  
 ritum, ac tanti myfterij facramentum cœ-  
 nam habemus: *αὐτὸ δὲ δοκίμως καὶ φαντα-  
 σίας*, de qua ipse *φασκεῖσθαι*: nec invidem<sup>s</sup>  
 ei orale pafum, in quo si vitam æternâ que-  
 rit, ne pro thefauro carbones mifer inveniet.

Superest alterum argumentum: Aut cor-  
poraliter aut fpiritualiter adefl corpus Christi  
in cœna. Non fpiritualiter. Corporaliter igitur.  
Falfam minorem confirmat: Res corporea non  
non adefl fpiritualiter, ut nec fpiritus corporali-  
ter: nihil enim inquit ultra naturam feu mo-  
dum effentia fua agit operaturve. Corpus Chri-  
fti in cœna efl res corporea. Non ergo fpiritua-  
liter adefl. Hæc planè fanatica funt. Nam fi  
huic creditur, nulla planè efl fpiritualis man-  
ducatio præfentiaque, fed tantum corpora-  
lis in cœna. Vna igitur linea expungit,  
quicquid Apofloli & fancti Patres de spi-  
rituali præfentia & manducatione car-  
nis Chrifti tradunt, & Ecclefia hætenus

3. 12. 6. § 28. 6

*Non falfum efl quod dicitur  
 efl fpiritualis manducatio*

nec  
 time,  
 e ra-  
 Sar-  
 æri-  
 nam  
 per  
 xtra  
 oné  
 : ac  
 i fe-  
 one  
 chi-  
 opu  
 nna  
 ter  
 acu-  
 cité  
 of-  
 vifi-  
 erit  
 fo-  
 ele-  
 de  
 no-  
 ritu  
 ve-  
 tam

PROBLEMA

credidit: quin imò rursus elidit quod prius  
 concessit, sumptionem corporis etiam fide  
 fieri. Quod enim fit fide, spiritualiter fit, si  
 totus reclamet mundus. Si verò nulla datur  
 rei corporeæ spiritualis præsentia, nulla e-  
 tiam datur talis manducatio, quod fando  
 non est auditum in Ecclesia. Sed miser suis  
 sibi argutijs illudit. Res corporea, qua cor-  
porea est, seu essentiæ ratione non adest, nec  
percipitur, spiritualiter, hoc est, per modum  
spiritus, sed definitivè: Quia sic corpus fie-  
ret spiritus. Damus libenter. Falso igitur Lu-  
therus in majore confessione, corpus adesse  
in pane definitivè, & sic natum ex matre,  
penetrasse per saxum & januas claufas, vt so-  
nus parietem transit. Quod figmentum Con-  
cordia Bergensis recitat, laudat, & damnat,  
pro definitivo repletivum seu majesticum  
modum supponens. Sed falsum hoc non mi-  
nus illo: ex regula ipsius amici, quod nihil  
præter naturæ suæ modum agat, &c. Potest  
verò res corporea spiritualiter esse in sacra-  
mento significata, quoad spirituale percep-  
tionis modum & finem. Atq; hoc sensu corpus  
Christi adesse in Cœna spiritualiter diei-  
tur, non definitivè seu per spiritum (vt vult  
ipse) sed mysticè, nec vt est corpus (licet &  
ipsum spirituale sit) sed vt est spiritualis ali-  
 monia,

mor  
 don  
 fide  
 spir  
 vt p  
 der  
 na,  
 stru  
 tur  
 pag  
 pro  
 fer  
 Si f  
 tim

monia, spiritualem in nos vitam transfundens: quia non nisi per spiritum sanctum, & fidem nobis communicatur ad alimoniam spiritualis vite. Istam ὁμωνυμίας fallaciam vt plenius intelligat amicus, consulat considerationem Commonefactionis Chytrænae, pag. 56. 57, &c. Ita desinet vereri, ne spectrum aut phantasma sibi à nobis obtrudatur, &c. Hæc vt currens dictavit calamus ad pagelle argutias, & quidem prolixius quam pro otio meo, quamq; mea voluntas initió ferebat. Si quærit veritatem amicus, cedit. Si secus, nihil ei satisfaciet. Oro auté, vt partim sententias rectius cognoscat, & ad fidei

*ἀναλογίαν* cuncta examinet: imprimis quâ de fide *φαντασίαν* circumfert, deponat.

E 3

*Consideratio  
Commonefactio  
nis.*

rius  
fide  
it, si  
atur  
a e-  
ndo  
suis  
cor-  
nec  
lum  
fie-  
Lu  
des-  
tre,  
t so  
on-  
nat,  
cum  
n mi  
nihil  
test  
gra-  
ep-  
pus  
iei-  
vult  
&  
ali-  
nia,



PROBLEMA  
EXPLICATIO QVAE-  
STIONIS, NUM AD ANI-  
mam tantum, an verò etiam ad corpus  
pertineat communicatio corpo-  
ris & sanguinis Domini.

**D**E quaestione illa. An communicatio  
corporis & sanguinis Christi, quæ fit  
in cœna sacra ad solam hominis animam per-  
tineat, an verò etiam ad corpus? Sic sentio.  
**P**rimùm non aliam in sacramentis, quàm in  
ipso simplici verbo nobis proponi nostram  
cum Christo ipso & ipsius meritis consocia-  
tionem: quæ utraq; tùm quod ad rem ip-  
sam & in verbo simplici & in sacramētis præ-  
bitam, Christum ipsum, videlicet, ùm si per-  
ceptionis illius instrumentum spirituale, &  
unicum apprehendendo Christo idoneum  
spectetur, nempè fides. tum si ratio habeat-  
tur fructus sive effectorum illius perceptio-  
nis, unica prorsus & eadem sit: sin verò me-  
dia spectentur, quibus ad illud instrumen-  
tum spirituale in nobis ciendum & foven-  
dum Dominus Deus noster utitur, tum di-  
co duplicem esse hujus perceptionis veluti  
speciem, quæ sic in se propria nota differunt,  
quòd in simplici verbi prædicatione animus  
noster per aures duntaxat in salutis nostræ  
utitur: in sacramentorù autem

adm  
tale  
& in  
sus  
tant  
ver  
alio  
ca i  
sem  
rum  
fina  
nob  
ritu  
den  
non  
nos  
test  
tun  
rot  
ver  
per  
ber  
me  
ex  
qu  
&  
læ  
eti



administratione accedentibus ad sacramen-  
tale verbū externis quoq; signis materiatis,  
& in omnes, <sup>ex</sup> accepto odoratu, externus sen-  
sus decurrentibus sic fiat, ut mens fidelis nō  
tantū sonitu verborum (aures etiam, ut in  
verbo simplici, feriente) sed per ipsos quoq;  
alios sensus externos de bona Dei & salvifi-  
ca in Christo voluntate certioretur: quæ  
semper fuit & est externarum verè sacra-  
rum ceremoniarum in Ecclesia Dei causa &  
finis. Iam verò cū unus & idem Christus  
nobis & simplici verbo & in sacramentis, spi-  
rituali organo & modo per fidem appren-  
dendus proponatur, & simul præbeatur, ut  
non tantū animarum, sed etiam corporum  
nostrarum redemptor: cui dubium esse po-  
test, quin spiritualis ista tū ipsius Christi,  
tū eius omnium meritorum perceptio ad  
totius hominis salutem pertineat. Neque id  
verò quamvis admirabili mysterio in nobis  
peragatur, per se tamen novum videri de-  
bet, cū in rebus ipsis humanis sola certa  
mens hominis ea quoq; dispiciat & maximè  
ex parte sibi comparet, quibus hoc quo-  
que mortale corpus in hac vita fovetur  
& exornatur. ¶ Deinde non sanè sunt nul-  
læ in sacramentorum administratione fun-  
ctiones & partes ipsius quoque nostri cor-

*Ocleraty*

## PROBLEMA

poris, quatenus videlicet fides, quæ uni-  
ca Christum ipsum, & eius merita appre-  
hendit, totique credenti homini applicat,  
tum ipsa sacramentalis verbi auditione, tum  
signorum conspectu, præhensione, mandu-  
catione & potu (quæ omnia corporeis or-  
ganis peraguntur) in ipsis credentibus cie-  
atur, & magis ac magis efficax reddatur. Ad-  
do & illud, quamuis & simplex verbum, &  
sacramenta præcipue ad verè spirituales il-  
lam & æternam totius hominis beatitatem  
nos deducant: in qua minimè prætermitten-  
da est felix illa corporum nostrorū immor-  
talitas ex Christo quoq; vno per fidem spi-  
ritualiter nobis nunc communicato, & in il-  
la futura vita nobis præsentē futuro, ema-  
nans: tamen cum teste Apostolo ἐν σέβει  
promissiones habeat tum præsentis tum fu-  
turæ vitæ, dubiū non est, quin ex vera Chri-  
sti, tum in simplici verbo, tum in Sacramen-  
tis, de qua dixi perceptione, multa quoq; ad  
hanc humanam vitam pertinentia benefi-  
cia fideles tūm animo tūm corpore perci-  
pian: sicut è contratrio, teste Corinthio-  
rum exemplo, indignè ad cœnam Domini  
accedentes, pœnis quoq; corporalibus, ac  
tandem etiam, ni resipiscant, æternis futuris  
castigantur. Et de his quidem satis.

SOLV.

Lex confirmandi significat

EVCHARISTICVM

SOLVTIO ARGV

MENTI CVIVSDAM QVOD

fide non percipiuntur corpus & sanguis

Christi in Cœna, quia Cœna ipsa ad confirmationem fidei

instituta sit.

Argumentum illud non sanè dignum videtur, in quo quisquam multum laboret. Nihil (inquit) confirmatur a seipso per seipsum, sive terminus ad quem non potest esse terminus a quo. Corpus autem & sanguis Domini dantur & accipiuntur in sacra Cœna ad confirmationem fidei. Ergo corpus & sanguis Domini non possunt sola fide accipi. Mallem sic disponi argumentum. Terminus ad quem in Cœna Domini est fides. Ergo non est terminus a quo

Atqui fides neq; est terminus a quo, neq; terminus ultimus ad quem, nisi omnino accipias A quo pro PER QVEM, quo sensu nihil prohibet unam rem & eandem esse sui ipsius augendi & materiem & instrumentum. Sic unumquodq; gignit sui simile & simile simili augetur, & ista similia ut numero diversa sunt, genere tamen unum sunt &

E 5

In Sacramentum FIDEI

Accipit vel percipit Res fructificans  
firmat R.P. congruenter confirmat  
res roboratur act. V.E.  
Confirmatur Res Extrema & Rite utilis  
accipitur R. P. Q. Nec accipitur sine amore  
Sicq; Sacra: est signum visibile confirmans  
accipitur & percipitur nos gratiam  
fructificans

Atqui non in firmari  
fides corpora libe  
da nobis ita est.  
Contactus vel firmari  
dicitur vel percipitur  
fructificans

Ex hinc  
firmari per Roboratio, &  
atque ad V. a. quod  
E. d. n. i. o. (B. d. n. i. o.)  
et sic interna res est  
confirmandi  
no 8.  
Non possit con-  
firmari fide nisi  
percipiatur facie  
ter fidei.

Quodammodo  
iplo e. Inven  
taccipitur a s.  
Sic q. d. d. d. d.  
hinc d. d. d. d.  
ad id.  
Fidei Minor.  
In sacra. De fidei  
significata  
Sic s. s. d. d. d.  
fidei accipit  
Fidei.

Sic fides est effectus s. sacra. Eius non accipitur p. fide  
Uid. Exa. p. II. 260. S. Panchy

### PROBLEMA EVCHAR.

idem. Sic etiam præter naturam apud foene-  
ratores pecunia pecuniam gignit. Sic una &  
eadem fides in unum objectum tum in ver-  
bi prædicatione, tum in sacramentorum ac-  
tionem, Christum videlicet sese inferens, in-  
de incrementum accipit, a quo etiam est ini-  
tio profecta, cum omne cœleste donum ad  
nos a Christi spiritualiter communicati ple-  
nitudine promanet. Est igitur & in nudaver-  
bi prædicatione & in utriusq; Sacramenti  
administratione terminus a quo, in illa qui-  
dem verbum simplex prædicatum: in ista ve-  
rò, signorum sacrorum administratio: termi-  
nus autem ad quem, ipsa in Christum incor-  
poratio ad vitam æternam. Intervenientem au-  
tem ex nostra parte causa instrumentalis est  
fides & in verbo nudo & in sacris signis,  
Christum ipsum intuens & in credentibus  
spiritualiter apprehendens. Deinde, quæso,  
quid prohibet utrumq; , illum terminum non  
re, sed ratione tantum differre? Adeo qui-  
dem, ut Christus & materia & terminus a  
quo, & terminus ad quem etiam dici &  
in verbi prædicatione & in Sacra-  
mentorum administratione  
vario respectu pos-  
sit.

Ala' sive Alex' d. Napierovii CVM  
H. J. S. B. B. B.

## CVM PAGELLAE

ALIQVOT VACARENT, OPE-  
 re pretium duximus illustriora illa Sancto-  
 rum Patrum testimonia subnectere, quae non  
 tantum ad primè faciunt ad rem praesentem,  
 sed eam etiam illustrant atq; exponunt, adeo  
 ut vel hinc satis clarè appareat, nos  
 cum orthodoxa Antiquitate  
 eandem veritatem pro-  
 pugnare.

AVGVSTINVS

ad Bonifacium, Epistola XXIII.

SI Sacramenta quandam similitudinem  
 earum rerum, quarum Sacramenta sunt,  
 non haberent, omnino Sacramenta non es-  
 sent. Ex hac autem similitudine plerunque  
 etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Si-  
 cut ergo secundum quendam modum, Sa-  
 cramentum corporis Christi, corpus Chri-  
 sti est, Sacramentum sanguinis Christi, san-  
 guis Christi est: ita Sacramentum fidei, fides  
 est. Nihil est autem aliud credere, quam fi-  
 dem habere.

Idem in sermone ad infantes ad altare  
 de Sacramento.

Quomodo est ergo panis corpus eius?  
Et calix, vel quod habet calix, quomodo est  
sanguis eius? Ista, Fratres, ideò dicuntur Sa-  
cramenta, quia in eis aliud videtur, aliud in-  
telligitur. Quod videtur speciem habet cor-  
poralem: quod intelligitur fructum habet  
spiritalem.

*IRENAEVS lib. 3. aduersus Marcionem.*

CHRISTVS acceptum panem, & distri-  
butum discipulis corpus suum illum fecit.  
Hoc est corpus meum, dicendo: id est, figu-  
ra corporis mei. Figura autem non fuisset,  
nisi veritatis esset corpus. Cæterum vacua  
res, quod est phantasma, figuram capere  
non posset.

*Idem lib. 5. aduersus eundem.*

PROINDE panis, ac calicis Sacramentum  
iam in Euangelio probauimus corporis &  
sanguinis Dominici veritatē aduersus phan-  
tasma Marcionis.

*ORIGENES cap. 15. in Matth.*

PANIS sanctificatus, iuxta id, quod habet  
materiale, in ventrem abit, & in secessum eij-  
citur. Cæterum iuxta precreationem, quæ illi  
accessit, pro portione fidei fit utilis, efficiens  
vt perspicax sit animus, spectans ad id, quod  
utile est. Nec materia panis, sed super illum  
dictus sermo est, qui prodest nō indignè Do-  
mino

mino comedenti illum. Et hæc quidem de  
typico symbolicôq; corpore.

*CYPRIANVS serm. de Cæna Domini.*

HÆC quoties agimus, nō dentes ad mor-  
dendum acuimus, sed fide syncera panē san-  
ctum frangimus, & partimur, dum quod di-  
uinum & humanum est distinguimus & se-  
paramus: itemq; simul separata iungentes,  
vnum Deum & hominem fatemur: sed &  
nos ipsi corpus eius effecti sacramento, &  
re Sacramenti, capiti nostro connectimur  
& vnimur.

*ATHANASIUS in eo libro, qui inscri-  
bitur, De eo quod dictum est in Euange-  
lio, Quicumq; dixerit verbum ad-  
uersus Filium homi-  
nis, &c.*

SPIRITVS est qui viuificat: caro nō pro-  
dest quicquam, &c. Et hīc siquidem vtrum-  
que de se prædicauit carnem & spiritum: Et  
Spiritum à carne distinxit: vt non tantūm  
quod videbatur, sed hoc etiam, quod in illo  
erat inuisibile, credentes discerent, quōd ea  
quoq; quæ loquebatur, non erant carnalia,  
sed spiritualia. Quod enim corpus suffecisset  
hominibus ad escā, ut hoc totius mundi fie-  
ret alimentum? Sed hac de causa meminit  
ascensus Filij hominis in cælum, ut corpora-

lem cogitationem ab eis auelleret, & post-  
hac discerent, carnem, de qua fuerat locu-  
tus, cibum è supernis, cœlestem, spiritualem  
alimoniam ab ipso dari. Quæ enim dixi vo-  
bis Spiritus sunt & vita.

*Idem.*

Et posthac discant carnem dictam cibum  
cœlestem supernè venientē, & spiritualem  
alimoniam, quam ipse det.

AMBROSIVS *in II. cap. I. Epist. ad Cor.*

OSTENDIT Paulus Corinthijs myste-  
rium Eucharistiæ, inter cœnandum celebra-  
tum non cœnam esse. Medicina enim spiri-  
tualis est, quæ cum reuerentia degustata pu-  
rificat sibi deuotum. Memoria enim redem-  
ptionis nostræ est, ut redemptoris memores  
maiora ab eo cōsequi mereamur. Quia enim  
morte Domini liberati sumus, huius rei me-  
mores in edendo & potando, carnem & san-  
guinem, quæ pro nobis oblata sunt, significa-  
mus, nouum Testamentum in his consecuti,  
quod est noua lex, quæ obedientem sibi tra-  
dit cœlestibus regnis. Nam & Moyses acce-  
pto sanguine vituli in patera aspersit filios  
Israel, dicens, Hoc est Testamentum, quod di-  
sposuit Deus ad vos, Hoc figura fuit Testa-  
menti, quod Dominus Nouum appellauit  
per Prophetas, ut illud verus sit, quod Moy-  
ses tra-

ses tr  
confr  
testis  
cum  
mæ n  
ni far  
tum  
uato  
pro a

O  
anim  
mini  
dere  
causa  
enoc  
Sic c  
dedi  
corp  
cunt  
calix  
tur i  
quia  
n




ses tradidit. Testamentum ergo sanguine  
 constitutum est, quia beneficii diuini sanguis  
 testis est: in cuius typum nos calicem mysti-  
 cum sanguinis ad tuitionem corporis & ani-  
 mæ nostræ percipimus. Quia sanguis Domi-  
 ni sanguinem nostrum redemit, id est, to-  
 tum hominem saluum fecit. Caro enim Sal-  
 uatoris pro salute corporis, sanguis verò  
 pro anima nostra effusus est.

CYRILLVS in Ioan. lib. 4. cap. 14.

Oporteat igitur fidei primùm radices in  
 animo iacere: deinde illa quærere quæ ho-  
 mini quærenda sunt. Illi verò antequam cre-  
 derent importunè quærebant. Hac igitur de  
 causa Dominus quomodo id fieri posset non  
 enodauit: sed fide id quærendum hortatur.  
 Sic credentibus discipulis fragmenta panis  
 dedit dicens: Accipite & manducate, hoc est  
 corpus meum. Calicem etiam similiter cir-  
 cuitulit, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est  
 calix sanguinis mei, qui pro multis effunde-  
 tur in remissionem peccatorum. Perspicis  
 quia sine fide quærentibus mysterij modum  
 nequaquam explanauit. Credentibus  
 autem etiam non quærenti-  
 bus exposuit.

F I N I S.



P  
I V  
CLA  
lis

M  
C

PO  
s

T



92 33 59

ULB Halle  
004 346 572

3




*h*  
*sb*

*Am...*

*...der ...*



ecclia diffusa usq; terrar. vñ iudic  
i nūto. qz celi pastores q' oplum  
na ubi dñi. i. filio. firmati sūt. i.  
instructi. alla. al. Laus gemina  
gemino gaudio pastor' i gregis  
gredas resonat ps. Exultate in  
vl'a pncipio inuit' s' iubilat'. all.  
nam is inuitat' i felicit' Nam i  
sp'm sc'm. in ubi filio. in dño.  
annuntiant. p'ponit sp'm p' qm  
sc'mati. dem'e filium. p' qm. rec  
dent' p' rem eiu reuolunt. De  
pl'o humilitatis v' die o'z. D's q' i  
humi. De oue reponata fidelit'  
ip'at' inuans. e. ca. De pascua  
fidelit'. g'uous fa. s. p. Qd' n' d'  
h'at se in ex' p' h'ou' p' istous.  
lecto q' ip' p'at' s' p' no. ue. vel. q'  
st' i'ans oues errantes s' d' est  
p'at' i'ans i' q' alias oues h'ou'  
res. i'ans. all. Laudat' dñm  
Delictis resonat sedm. alla. Surrex  
ip'at' i'ans i' expl'at' e'w. legosū  
ip'at' de f'one qui fugient' i' d'  
ip'at' q' i'ans. i' de p' i'ans q'  
ip'at' i'ans q' sic i'ans d' i'ans



VII

EXPLICATIO  
**PROBLEMATIS**  
**VTRVM: SI CORPVS**  
ET SANGVIS DOMINI DICANTUR percipi FIDE: sequatur, imaginarié saltem illa a nobis percipi, hoc est, per nudam recordationem, seu imaginationem quandam & phantasiám:

g.  
V. Colley  
Montpelg

*Scripta & edita*

DOCTISSIMIS ALIQVOT VIRIS, ut lucem afferat toti controversiæ de Cœna Domini.

Accessit

EXPLICATIO ALTERIVS QVAESTIONIS, Num Communicatio corporis & sanguinis Domini tantum ad animam, non veró etiam ad corpus pertineat.

*Item*

SOLVTIO ARGVMENTI: Quoniam Cœna Domini instituta sit ad Fidei confirmationem: ideó Fide non fieri Communionem rei signata in Cœna.

TIGVRI APVD IOHANNEM  
VVOLPHIVM. M. DC.

7. +

